mobilē nexū atq̄ ordinē tꝑaleʒ. Quo fit vt oīa q̄ fato ſubſūt ꝓui dētie quoq̄ ſubiecta ſint: cui ipʒ etiā ſubiacet fatū. q̄dā vo q̄ ſub ꝓuidētia locata ſūt fati ſeriem ſu perēt. Ea vo ſūt q̄ prime ꝓpinq̄ diuinitati ſtabilr̄ fixa: fatalis or dinē mobilitatꝭ excedūt. Nā vt orbiū circa eūdē cardinē ſeſe ver tētiū q ē itim⁹ ad ſimplicitatē me dietatis accedit: ceteroꝝq̄ extra locatoꝝ veluti cardo q̄daʒ circa quē verſent̄ exiſtit. extim⁹ vo ma iore ambitu rotat⁹: q̄to a pūcti media īdiuiduitate diſcedit: tāto amplioꝛib⁹ ſpacijs explicat̄. Si q̄d vero illi ſe medio ꝯnectat ⁊ ſo ciet i ſimplicitatē cogit̄. Diffun dicq̄ ac diffluere ceſſat. Simili rōne qđ lōgi⁹ a prima mēte diſce

dit maioꝛib⁹ fati nexibus iplicat̄: ac tāto aliq̄d fato liberꝰ ē: quāto illū reꝝ cardinē vicini⁹ petit. Qđ ſi ſuperne mētis heſerit firmitati motu carēs: fati quoq̄ ſupgredi tur neceſſitatē. Igit̄ vti ē ad itel lectū rōcinatio: ad id qđ ē id qđ gignit̄: ad eternitatē tꝑs: ad pun ctū mediū circulus: ita ē fati ſeri es mobilis ad ꝓuidētie ſtabileʒ ſimplicitatē. Ea ſeries celū ac ſy dera mouet. elemēta i ſeīuicē tē perat: ⁊ alterna cōmutatōe trāſ format. Eadē naſcētia occidētia q̄ oīa p ſiſes fetuū ſeminūq̄ re nouat ꝓgreſſus. Hec actus etiā fortunaſq̄ hoīum indiſſolubili cāꝝ ꝯnexione ꝯſtrigit. q̄ cum ab imobilis prouidētie ꝓficiſcātur exordijs: ipas quoq̄ imutabiles

.i. cōpellit̄ in ſimplicitateʒ .i. imobilitatē axis: et ceſſat diffūdi ⁊ dif/ fluere p ma/ gnū ſpaciū. Silr̄ illud qđ lōgius a pma mēte diſcedit ſicut creatu/ re corruptibi les. maioꝛib⁹ nexibus fati iplicat̄ ⁊ tāto magis aliq̄d ē liberuʒ a fato q̄to vicinius petit .i. acce/ dit illū cardi/ nē reꝝ .ſ. deū q̄ ſi firmita/ te ſupne mētꝭ heſerit ſuper/ gredit̄ neceſſi tatem fati. ¶ Nondum q̄to magꝭ en/

angelica virtute. Ubi notandū q̄ i pma opinione fatū dr̄ exerceri mediātib⁹ ſpiritib⁹ deo famulantib⁹: qđ eſt itelli gendū de ſpiritib⁹ oīa diſponētib⁹: ſed imobilr̄ permanē tib⁹. Cū aūt dicit̄ in q̄nta opīone fatū exerceri v̄tute ange lica: itelligendū eſt de angelis ſiue ſpiritib⁹ applicātib⁹ ſe diuerſis locis miſſis i miniſteriū. Angelus eni nunci⁹ iter/ pretat̄: ⁊ eſt nomē officij non nature ſm .b. grego.

¶ Quo fit vt oīa. Hic ifert quādā ꝯcluſionē circa fatum ⁊ ꝓuidētiā: ſcđo declarat eā in exēplo ibi. Nam vt orbiūʒ. Pmo dicit ex quo dictū ē fatū depēdere a ꝓuidētia diua. Quo fit .i. ex quo ſequit̄ vt oīa q̄ ſubſunt fato etiā ꝓuiden tie ſint ſubiecta. Cui etiā ꝓuidētie ipſum fatū ſubiacet: ſʒ nō ecōuerſo. q2 quedā q̄ locata ſunt ſub ꝓuidētia ſuperāt ſeriem fati .ſ. ea q̄ imediate p deū adminiſtrātur ſicut crea tio reꝝ. ⁊ glificatio creaturaꝝ rōnaliū. ea vero que ſunt ꝓ piq̄ua pme diuinitati ſtabilr̄ fixa .i. imobilia: hec excedūt ordinē fatalis mobilitatis .i. mutabilitatis. ¶ Nondū q̄ q2 fatū depēdet a ꝓuidētia ſicut effectus a ſua cā: neceſſe ē illa q̄ depēdēt a fato etiā a ꝓuidētia depēdere. non aūt ecōuerſo: q2 effcūs nō adequat̄ ſue cauſe: ꝓuidētia aūt ad diuinū itellectū ſpectat: fatū vo ad ea q̄ i creaturꝭ gerunt̄. ¶ Nā vt orbiū. Hic declarat illā ꝯcluſionē p exēplū oñ/ dēs quō q̄dā ſubiacēt fato magis: q̄dā minus: ⁊ q̄dā totalr̄ excedūt fatū. ſcđo ex dictis ꝯcludit habitudinē fati ad ꝓ/ uidētiā p q̄dā ſilr̄a ibi. Igit̄ vti eſt: dicit pmo. Nā ſicut or biū .i. circuloꝝ: v̄tētiū .i. mouētiū ſe circa eūdē cardineʒ .i. axem. ille q̄ eſt itimus .i. vicinior ſiue pximior axi accedit ad ſimplicitatē medietatis .i. axis vel cētri q2 tardiori mo tu mouet̄: ⁊ ideo magis accedit ad imobilitatē axis. ⁊ iſte circulus reſpectu exterioris hʒ ſe ad modū centri circa qđ exterior verſat̄. vñ ſubdit q̄ eſt veluti q̄dā cardo .i. cētrū

tia ſūt ꝓpinq̄ pmo cāto min⁹ ſūt mutabilia. ⁊ q̄to remo tiora tāto magis mutabilia. qđ declarat phia exemplo di uerſoꝝ circuloꝝ ab eodē cētro ꝺuctoꝝ. i q̄b⁹ circulus re/ motior a cētro eſt maior. ⁊ veloci⁹ mouet̄. q2 mai⁹ ſpaciū ptrāſit i eq̄li tꝑe. q̄ aūt ē vicinior cētro minor ē ⁊ tardius mouet̄ min⁹ ſpaciū ptrāſeūdo. circuli vero medij medio mō ſe hn̄t ⁊ ē optima ꝯpatio cētri circuli ad creatorē. Sicut .n. cētrū ē idiuiſibile ⁊ ab ipo poſſēt ꝑſes circuli ꝓcedere: ita creator vn⁹ ⁊ idiuiſibilr̄ exñs iſinita creat ⁊ gubernat. ¶ Igit̄ vti ē. Hic phia ꝯcludit hitudinē fati ad ꝓuidētiā diuinā p q̄dā ſilr̄a ⁊ dicit. Series fati ita eſt .i. ita ſe hʒ ad ſtabilē ſimplicitatē diuine ꝓuidētie ſicut rōcinatio ſe hʒ ad itellectū. Ubi ſciēdum q̄ illud qđ itellcūs ſimplici ve ritate itelligit rōcinatio p modū diſcurſus ⁊ ſucceſſiue ap phēdit. Etiā fatū ſe hʒ ad ꝓuidentiā ſicut illud qđ gignit̄ hʒ ſe ad illud qđ eſt. Ubi ſciēdum q̄ illud qđ gignit̄ eſt i q̄dā fluxibilitate ⁊ motu. qđ vero actu eſt genitū eſt i q̄dā pmanētia. Etiā hʒ ſe fatū ad ꝓuidētiā ſicut tꝑs ad eterni tatē. Ubi ſciēdum q̄ i tꝑe ē ſucceſſio partiū tꝑis pñtis. ꝓ teriti ⁊ futuri. eternitas aūt eſt ſine ſucceſſione tota ſimul exñs. Itē fatū hʒ ſe ad ꝓuidētiā ſicut circulus ad mediū pūctū. Ubi ſciēdum q̄ circulus diſtēdit̄ ⁊ per partes di uidit̄ mobilis exñs pūctū aūt ē imobile ⁊ idiuiſibile. q2 ex pmo euclidis pūctū eſt cuius pars non eſt.

¶ Ea ſeries celū ⁊c̄. Hic phia oñdit q̄ ſint illa que fato di ſponūtur. ſcđo ꝯcludit q̄ illa q̄ itellectui ꝯfuſa videtur. in diuina gubernatione ſūt rōnabilr̄ ordinata ibi. Quo fit. Primo dicit: ea ſeries fati de q̄ dcm̄ ē mouet celū ⁊ ſyde/ ra. tꝑat elemēta i ſeīuicē ne totalr̄ ſe corrūpāt. ⁊ transfor/ mat ipa alterna ꝯmutatōe. Ita q̄ ex aq̄ fiat aer ⁊ ecōuerſo ⁊ eadē ſeries fati renouat oīa naſcētia ⁊ occidētia .i. mouē

tia.p filēs pgressiua fetuū quo ad aīalia.ꝛ seminū ꝗ ad vegetabilia.ꝛ fatū etiā ꝯstrigit īdissolubili ꝯnexiōe causaꝝ act⁹.i.opatōes ꝛ fortunas hoīuꝫ:q̄ oēs res cū pcifiscant̄.i. ꝓcedāt ab exordijs dīne puidētie.necesse ē eas eē īmutabiles.ita.n.res optime regunt̄.si simplicitas manens ī diuino mēte ꝓmat.i.explicet.indeclinabilē.i.īmutabilem ordinē cāꝝ.

℄ Que vo ſquies. Hic phia soluit q̄stionē q̄re bona malis ꝛ mala bonis ꝯtigat.ꝛ pmo oñdit hoc in generali.scđo magis ī spāli.ibi.Sed si aliqs.Primo assignat cāꝫ p̄dicti accidētis ex defectuoso iudicio hoīuꝫ.scđo ex ꝯrio iudicio dei ꝛ hoīuꝫ.ibi.Nā vt pauca.Primo facit q̄d dcm̄ ē.scđo declarat per simile.ibi.Nō.n.dissimile.Primo dicit.O boetij tu inq̄s

Hic aūt ordo diuine ꝓuidentie coerceat ꝓpria inꝯmutabilitate res mutabiles ꝛ aliogn temere.idest casualr̄ fluituras. ℄ Notādū ꝙ fatuꝫ ꝯsiderat̄ dupl̄r .vno mō vt est ī causis scđis q̄ ꝓ ordo ꝛ dispositio dicit̄ fatū ꝛ sic fatuꝫ est mobile:ꝛ res fato subiacētes sūt mobiles. Alio mō ꝯsiderat̄ fatū ſꝫ ꝙ ꝯpēdet a ꝓuidētia diuina.q̄ oīo īmobilis ē:ꝛ sic fatū sortit̄ īmutabilitatem ꝛ sic etiā res fatales vt sic ſꝫ substātiā sūt īmobiles.

necesse est eē. Ita.n.res optime regunt̄ si manēs ī dīna mēte simplicitas īdeclinabilē causaꝝ ordinē ꝓmat. Hic v̄o ordo res mutabiles:ꝛ aliogn temere fluituras: ꝓpria icōmutabilitate coerceat. Quo fit vt tāetsi vobis hūc ordinē mīme ꝯsiderare valētib⁹:ꝯfusa oīa ꝑturbataq̄ȝ videant̄:nihilomin⁹ tn̄ su⁹ mod⁹ ad bonum dirigens cūcta dispōnit. Nihil ē enī q̄d mali cā nec ab ipsis q̄dē īprobis fiat:quos vt vberrime demōstratū est:bonū q̄rētes prau⁹ error auertit:nedū ordo de sūmi boni cardine ꝓficiscēs a suo quēq̄ȝ deflectat exordio. Que vero īnq̄s pōt vlla iniq̄or eē cōfusio: ꝙ̄ vt bonis tū aduersa:tū ꝓspera: malis etiā tū optata:tum odiosa ꝯtingant: Nū igit̄ ea mētis integritate hoīes degūt: vt quos ꝓbos īprobosue cēsuerit:eos quoq̄ȝ vti existimāt eē neēe sit: Atqui ī hoc hoīuꝫ iudicia depugnāt: Et quos alij p̄mio alij supplicio dignos arbitrant̄. Sꝫ ꝯcedam⁹ vt aliq̄s possit bonos malosue discernere. Nū igit̄ poterit intueri illā īt̄periē:velut in corpib⁹ dici solet:aīoꝝ:nō enī dissilē ē miraculū ne sciēti:cur sanis corpibus: his quidē dulcia illis vo amara ꝯueniāt. Cur egri ēt q̄dā lenib⁹: q̄dā vero acrib⁹ adiuuātur. At h̄ medic⁹ q̄ sanitat̄ ipsi⁹ atq̄ȝ egritudinis modū t̄pamētūq̄ȝ dinoscit mīme mirat̄. Quid vo animoꝝ aliud salus videt̄ esse ꝙ̄ ꝓbitas: q̄d egritudo ꝙ̄ vicia: Quis enīꝫ ali⁹ vel seruator bonoꝝ: vel maloꝝ depulsor:ꝙ̄ rector ac mediator mētiū de⁹: Qui cū ex alta ꝓuidētie specula respicit:q̄d vnicuiq̄ȝ ꝯueniat agnoscit:ꝛ q̄d ꝯuenire nouit:accōmodat. Hinc iam fit illud fatalis ordinis īsigne miraculum:cū ab sciente gerit̄ quod

es q̄ pōt esse vlla iniq̄or cōfusio.ꝙ̄ vt bonis aliq̄n ꝓspera aliq̄ā̄do aduersa ꝯtingāt.i.eueniāt:cū semꝑ bonis deberēt ꝓspera euenire.ꝛ malis p ꝯrīū aliq̄ādo ꝯtigāt optata aliq̄n odiosa:cū sēper malis deberēt odiosa euenire.dicit phia.Nunq̄d hoīnes degunt.i.viuūt ea īt̄egritate .i.īt̄egro iudicio mētis.vt necesse sit eos esse probos quos ipsi censuerint.i.iudicāt esse tales Atq̄ȝ ꝓ certo ī hoc depūgāt.i.contrariātur iudicia hominū.vt quos alij p̄mio alij arbitrantur dignos supplicio.sed cōcedamus vt aliqs possit discernere bonos ꝛ malos.Nūquid ipse poterit īt̄ueri illā intimā t̄eperiem.idest iteriorē cōditionē ꝛ qualitatē animoꝝ velut solet dici ī corporibus quasi dicat.Ego loquor de animis s̄m ꝙ homines cōsueuerunt loqui de corporibus.

℄ Notādū ꝙ si aliq̄d possit ꝺclinare ab ordine ꝓuidētie.tūc ꝓuidentia diuina deficeret a suo effectu:ꝛ h̄ redūdaret in īpotētiā regētis.Et si dicis si oīa subiacēt ꝓuidētie dīne.ergo oīa eueniūt ex necessitate.dicēdū ꝙ nō:q̄ȝ de⁹ ꝓuidet res sicut sūt future.q̄dā ꝓuidet necessario euenire.ꝛ quedam contingēter.ꝛ de hoc videtur magis in quinto huius.

℄ Quo fit. Hic phia oñdit ꝙ ea q̄ apparent ī reb⁹ ꝯfusa:ī diuina gubernatōe sunt ordinata dicēs.Quo fit.i.ex h̄ ꝙ diuina ꝓuidentia īeuitabilē ordinē reb⁹ ꝯstituit.seq̄tur vt etsi vobis minime valētib⁹ ꝯsiderare hūc ordinē reꝝ videātur vobis oīa ꝯfusa ꝛ ꝑturbata.nihilomin⁹ tn̄ modus suus.i.ordo ꝓprius diuine ꝓuidentie.disponit cūcta dirigēs ea ad bonū.nihil.n.est q̄d cā mali fiat.nec etiā ab ipsis īprobis.quos bonū q̄rentes prauus error auertit.vt ꝓus demōstratū ē.nedū.i.multo minus.ordo fatalis ꝓficiscens de cardine sūmi boni.i.ab ipso deo.deflectat a suo exordio.i.a deo q̄ ē finis ꝛ ꝓncipiū oīuꝫ. ℄ Nōndū ꝙ dicmalos nihil facere cā mali:cui⁹ oppositū pꝫ.multi.n.mali seipsos īterimūt.dicēdū ꝙ nullus opat̄ respiciēs ad malū q̄ȝ oīa bonū appetūt.Si aūt q̄s malū opat̄:hoc ꝯtigit sub fantasia mali.Nā aliq̄s in magna anxietate exīs:estimat eē bonū fugere anxietatē.ꝛ nihil aliud ipse ꝯsiderās seq̄tur hāc estimationē seipsū īt̄erficiēs.ꝛ talis ꝓuans se bono ducit̄ fantasia boni.q̄ȝ tūc putat bonū esse effugere anxietatem ꝑuatione vite.

℄ Notādū ꝙ ꝓpter defectuosum iudiciū hominū cōtingit ꝙ iudicant eos esse bonos q̄ mali sunt ꝛ ecōuerso. Si ergo iudicāt malos esse bonos.ꝛ si illis eueniant mala: putāt bonis euenire mala.ꝛ si bonis q̄s iudicant malos eueniant bona.putāt malis euenire bona.Et ideo sepe putāt bonos deꝑmi:cū mali deꝑmunt̄ iudicātes malos esse bonos.ꝛ putant malos extolli.cum boni extolluntur.quia iudicant bonos esse malos.

℄ Nō enim dissimile est miraculum. Hic phia declarat hoc per simile dicēs.Istud miraculum non est dissimile:īmo valde simile ad ꝓpositū nesciēti alicui cur sanis corporibus his cōueniāt dulcia his amara.etiā nescienti alicui cur q̄dam ēgri adiuuātur lenibus:q̄dam acerbis.licet hoc videat̄ mirꝫ nesciēti.tamē medicus de hoc nō mirat̄: qui cognoscit modū ꝛ tēperamētum sanitatis ꝛ egritudinis.sicut similiter licet homo ignoret quid cōueniat malis ꝛ bonis.tamē deus q̄ est scrutator cordiū ista cognoscit vidēs ꝙ bonis aliq̄ādo cōueniūt aduersa.malis q̄ādoq̄ȝ ꝓspera.ideo sic eis distribuit ꝛ hoc est q̄d subdit applicando similitudinē ad animū dicēs.Quid.n.aliud videt̄

ſtupeant ignorātes. Nā vt paucā que valet ratio humana de diuina ꝓfūditate ꝑſtringā: de hoc quē tu iuſtiſſimū ⁊ eq̄ſeruantiſſimū putas: oīa ſcienti ꝓuidentie diuerſū videt̄. Et victricē q̄dem cām dijs: victā vero Cathoni placuiſſe familiaris noſter lucanus admonuit. Hic igitur q̄cq̄d citra ſpē videas geri: reb⁹ q̄dē rect⁹ ordo eſt: Opinioni vero tue ꝑuerſa ꝯfuſio. Sȝ ſit aliquis ita bn̄ morat⁹: vt de eo diuinū iudiciū pariter humanūq; ꝯſētiat: ſȝ ē animi viribus infirmus: cui ſi quid eueniat aduꝰſi: deſinet colere forſitā inocētiā per quā non potuit retinere fortunā. Parcit itaq; ſapiens diſpenſatio ei quē deteriorē facere poſſit aduerſitas: ne cui nō ꝯuenit laborare patiat̄. Eſt ali⁹ cūctis virtutib⁹ abſolut⁹ ſāctuſq; ac deo ꝓxim⁹: hūc ꝯtingi q̄buſlibet aduerſis nephas prouidentia iudicat: adeo vt ne corporeis quidē morbis agitari ſinat. Nā vt quidam me quoq; excellētior ait: viri ſancti corpus edificauerunt virtutes. Fit autē ſepe vti bonis ſumma rerū regenda deferatur: Ut exuberans retundatur iprobitas. Alijs mixta q̄dam

.i. apparet eē ſalus aīoꝝ ꝙ ꝓbitas. q̄d aliud eſt egritudo aīoꝝ ꝙ vicia. ⁊ q̄s ali⁹ ꝯſeruator eſt bonoꝝ. ⁊ depulſor maloꝝ ꝙ de⁹ rector ⁊ medicator mētiū. Qui cū reſpicit ex alta ſpecula ꝓuidētie: ipſe agnoſcit. q̄d vnicuiq; ꝯueniat. ⁊ qꝺ nouit ꝯuenire: hoc accomodat. hic. i. ex hoc qꝺ dictū ē Fit inſigne miraculū ordinis fatalis. i. fit illud qꝺ admirātur hoīes i ordine fatali cū ſciēte. i. a deo illud geritur. i. fit qꝺ ignorātes ſtupeāt. i. admirent̄. ¶ Notandū ꝙ eſt bona cōparatio ſanitatis ⁊ egritudinis corporalis ad medicum ⁊ ꝓbitatis ⁊ vicij aīorum ad deū. ſicut eni medicus cognoſcens cās ſanitatis ⁊ egritudinis: ſcit q̄d ꝯueniat ſano et egro alijs ignorātibus ⁊ mirātibus. ſic de⁹ cognoſcens qualitatē animorum ſcit q̄d bonis ꝯueniat ⁊ q̄d malis. ⁊ vnicuiq; ſibi ꝯueniēs tribuit q̄nq; malis ꝓſpera: bonis aduerſa: de quo ſtupent ignorātes. ¶ Notādū ꝙ ſpecula dicit̄ loc⁹ altus apt⁹ ad circūſpiciēdum. ⁊ q2 deus ꝑ ꝓuidētiā oīa circūſpicit. ideo ſilitudinarie ipſa ꝓuidentia dicit̄ ſpecula. ¶ Notandū ꝙ q2 hoīes ignorant qui ſūt boni ⁊ mali ignorant etiā q̄d vnicuiq; ꝯueniat. ideo aliq̄ credunt̄ ꝯuenire bonis que tamen ſm̄ iudiciū dei eis non ꝯueniūt: ⁊ ideo homines mirant̄ q̄re de⁹ eis nō attribuat que vident̄ eis attribuēda. Ideo dicit p̄hia ex dictis ꝯtigit hoc miraculū ꝙ ignorantes ſtupent que fiunt a deo ſciente.

¶ Nam vt pauca. Hic p̄hia oūdit ꝙ bonis mala ⁊ malis bona ꝯtigūt ex ꝯtrario iudicio dei ⁊ hoīuȝ dicēs. Ut ego pauca ꝑſtringaȝ q̄ humana ratio valet. ſ. accipe de diuina ꝓfunditate. illud ſupple declarabo. O Boeti de hoc ſupple hoīe queȝ tu putas eſſe iuſtiſſimū ⁊ ſeruātiſſimū equi .i. equitatis diuerſū videt̄. i. aliter videt̄ ꝓuidētie ſcienti oīa. i. deo. quod confirmat auctoritate lucani. q̄ deſcribēs bellum inter pompeium ⁊ Iulium ceſarem cuȝ quereretur ab eo cuius cauſa eſſet iuſtior: dixit. victrix cauſa dijs placuit: ſed victa cathoni. Unde dicit victricem cauſā. ſ. iulij ceſaris placuiſſe dijs. victā vero cauſam. ſ. pōpei placuiſſe Cathoni. admonuit lucanus noſter familiaris ex quo ꝯcludit ea q̄ ꝯtra ſpem hominū veniūt eſſe ꝯfuſionē i opinione hominū: nō tamē i re dicēs. Quicq̄d igit̄ videas geri. i. fieri vel euenire. ꝯtra ſpem hoīs cauſā ignorātis id in rebus eſt rectus ordo. ſed opinioni tue eſt ꝑuerſa ꝯfuſio. ¶ Nota ꝙ Catho vticēſis ꝓpter ſuā ſapiētiā ⁊ virtutē maxime auctoritatis fuerat i populo. Cū aūt iuli⁹ pugnaret cōtra pōpeū. Catho iudicauit pōpeū eē iuſtū attribuēs ſibi cāȝ victricē. Alij āt iudicabāt iuliū eē iuſtū attribuētes ſibi cāȝ victricē ex quo pȝ ꝙ de eodē ꝯrio mō iudicabāt dij ⁊ hoīes ſapiētes q̄ cathonē ſeq̄bātur.

¶ Sed ſit aliquis. Hic p̄hia aſſignat cauſas ſpāles quare bonis ⁊ malis idifferēter eueniūt nūc ꝓſpera nūc aduerſa. Scd̄o excuſat ſe de ampliori ꝑtractōe hꝰ cauſaꝝ: ſcd̄a ibi. Neq; enim fas. Primo declarat itentū ſuū de bonis ſcd̄o de malis ibi. Nā id quoq;. Primo aſſignat cauſā q̄re aliq̄bus bonis nō eueniūt mala. ſcd̄o quare aliquādo eis ꝯtigūt mala. ibi alijs mixta. Primo oſtēdit quare bonis nō ꝯtigāt mala. ſcd̄o quare ꝯtigāt eis quādoq; bona ibi. Fit aūt. Prio aſſignat duas cās: quare bonis non eueniāt mala. ſecūda ibi. Eſt alius. Prima cauſa eſt ifirmitas animi alicuius boni cui ſi adueniret aduerſitas ipſe deterioret̄ vnde dicit i littera: Sed ſit. i. ponam⁹ ꝙ aliquis ſit ita bene morat⁹. i. morigeratus ꝙ diuinum ⁊ humanū iudiciū cōſentiat de eo. forſan ipſe eſt infirmus viribus animi non potens reſiſtere aduerſitatibus. Cui ſi eueniat quid. i. aliq̄d aduerſi. forſan deſinet colere inocētiā. i. exercere virtutē ꝑ quā nō potuit retinere fortunā. q2 iputabit ſue inocētie ꝙ ꝓſperitas ſua receſſit. quēadmodum legit̄ de Job. cui vxor ſua improperabat. dicens. Adhuc permanens in ſimplicitate tua benedic deo ⁊ morere.

¶ Parcit itaq; illi ſapiēs diſpenſatio. i. prouidentia dei. quem aduerſitas poſſit facere deteriorē. ne patiatur eum laborare aduerſitate cui nō ꝯuenit. ¶ Notandū ꝙ quidam boni ſunt ita ibecilles animi ꝙ ex modica tēptatione aduerſitatis mutarētur: qꝺ vidēs deus parcit ipſis ne eos aduerſitate deijciat. Unde apoſtolus. Fidelis deus q̄ nō patit̄ vos tētari vltra id qꝺ poteſtis.

¶ Eſt alius cūctis virtutibus abſolut⁹. Hic aſſignat aliā cauſam quare quibuſdā bonis nō adueniāt mala dicens. Eſt alius homo abſolutus. i. ꝑfectus cunctis virtutibus ⁊ ſanctus ⁊ ꝓximus deo. hunc hominē ꝯtigi id eſt tangi aliquibus aduerſis. ꝓuidētia diuina iudicat nephas. adeo. i. in tantū. vt nec ſinat ipſū agitari morbis corporeis. qꝺ ꝯfirmat auctoritate cuiuſdā p̄hi dicēs. Nā vt ait q̄dam p̄hus excellētior me cuius auctoritatē ponit i greco. que tantū ſonat i latino. Corpus viri ſācti edificauerūt virtutes ſupple preſeruādo ipſum ab aduerſis. ¶ Nota ꝙ ſcd̄a cauſa quare aliq̄bus nō adueniūt aduerſa eſt excellēs ſāctitas ipſorum. ſicut enim deus excellēter malos nō tm̄ punit i futuro. ſed etiā i preſenti. ſic aliquos excellēter bonos nō tm̄ premiat i futuro ſed i preſenti ab aduerſitate cuſtodit. ¶ Notandū quare p̄hia dicat: q̄dam excellētior me dixit. cū nullus ſit excellētior p̄hia. Dicendum ꝙ littera ſic debet exponi. Nā q̄dam p̄hus excellentior alijs p̄his me .i. per me philoſophiam dixit.

¶ Fit aūt ſepe. Hic oſtēdit quare bonis ſepe contigant bona dicēs. Fit aūt. i. ꝯtigit ſepe vt ſumma reꝝ regēda. i. ꝓncipatus regēdi res deferat̄. i. ꝯcedat̄ bonis. i. ꝓbis. non tm̄ ꝓpter vtilitatē bonoꝝ hominū. ſed vt iprobitas exu/

berāſ.i.abūdāſ maloꝝ retūdaꝶ.i. cōpeſcaꝶ vel repmaꝶ. Tūc aſſignat cauſā qre bonis qūqꝫ ꝯtingāt mala dicens. Alijs.i.bonis deus diſtribuit quedaꝫ mixta.i.nunc bona nūc mala pro qualitate ſioꝝ.quoſdam.n.bonos deus remordet aduerſitatibus.ne luxuriēt.i.ſupbiāt lōga felicitate.i.pſperitate. Alios bonos patiꝶ agitari.i.vexari duris.i.i.aduerſitatibus. vt virtutes animi ipſoꝝ ꝯfirment vſu et exercitatōne patientie: vt patet in Job. Alij plus eqꝫ metuūt quod bñ ferre poſſunt.ſic Thomas formidauit ingreſſum indie dicens. Domine mitte me quo vis preterqꝫ ad indos. Alij pluſ equo deſpiciunt qđ ferre nō poſſunt.qꝛ quaſi pſumēdo deſpiciūt tentatōes.qꝯ tñ ferre non poſſunt. Ut ſanctus petrꝰ qui dixit. Et ſi opōtuerit me mori tecū nō te negabo ad tentationē ⁊ accuſationē ancille xpꝫ negauit.hos viros deus ducit.i.tentat triſtibus.i.aduerſitatibus.i experimētū ſui.i.ī recognitionē ſui.vt ſciant qđ poſſint ⁊ qđ nō poſſint. ⁊ nōnulli.i.aliq.emerunt pcio mortis venerādū nomē ſeculi ſicut martyres. Quidā īexpugnabiles ſupplicijs ptulerūt ceteris exēplum.virtutē eſſe īuictā a malis.que oia qꝫ recte ⁊ diſpoſite fiāt ex eoꝝ bono qbus accedere videtur nulla eſt dubitatio. ¶ Notādum qꝫ qdam plus timēt qꝫ timere deberēt aliqꝫ aduerſitatē. de qbus diciꝶ i pſalmo. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Talibus deus imittit aduerſitates qbus reſiſtūt vt cognoſcāt ſe grā dei poſſe reſiſtere ei qđ timebant. Alij aūt pſumētes de pprijs viribus deſpiciūt tentatōes quaſi potētes reſiſtere eis.illis deus tentationes imittit ⁊ pmittit eos ſuccūbere vt cognoſcāt qꝫ fragilis ſit humana natura ſine diuina gratia.

¶ Nam illud quoqꝫ. Hic aſſignat cauſas qre malis qñqꝫ bona qñqꝫ mala ꝯtigāt. Et pmo oñdit quare malis ꝯtigāt mala.ſcđo qre bona ibi. Leta vero. Primo dicit. Ex eiſdē cauſis duciṫur.i. pbaꝶ.ꝙ iprobis nunc pueniūt triſtia. nūc optata.ſed de triſtibus q malis eueniūt nemo miraꝶ qꝛ oēs exiſtimāt eos.ſ.malos eſſe meritos.i.dignos malo quoꝝ maloꝝ ſupplicia ceteros deterrent.i.terrore retrahunt a ſcelerib⁹.⁊ ipſos malos emēdant qbus īuehuntur ſupplicia. ¶ Notandū ꝙ phīa īuit tres cauſas qre malis eueniūt mala. Prima eſt qꝛ omnes hoīes eſtimāt eos dignos malo. Scđo qꝛ per ſupplicia maloꝝ alij a malo retrahuntur. Tertia cauſa qꝛ mali ſupplicijs emendantur.

p aīoꝝ qlitate diſtribuit. Quoſdam remordet: ne longa felicitate luxurient. Alios duris agitari vt vtutes animi patiētie vſu atqꝫ exercitatōe confirmēt. Alij plus equo metuūt quod ferre poſſūt. Alij plus equo deſpiciunt quod ferre non poſſūt. hos i experimentum ſui triſtib⁹ ducit. Nonnulli venerandū ſeculi nomē glorioſe pcio mortꝫ emerūt. Quidaꝫ ſupplicijs inexpugnabiles exēplum ceteꝛ ptulerūt: īuictā malis eſſe virtutē. Que qꝫ recte atqꝫ diſpoſite ⁊ ex eoꝛuꝫ bono qb⁹ accedere videnꝶ fiant: nulla dubitatio eſt. Nam illud quoqꝫ ꝙ improbis nunc triſtia nunc optata proueniunt: ex eiſdē duciꝶ cauſis. ac de triſtib⁹ qdē nemo miraꝶ: ꝙ eos malo meritos omnes exiſtimāt. quoꝝ qdē ſupplicia: tuꝫ ceteros ab ſcelerib⁹ deterrēt: tum ipſos qbus īuehunꝶ emēdant. leta vero magnum bonis argumētum loquunꝶ. Quid de huiuſmodi felicitate dbeāt iudicare: quā famulari ſepe īprobis cernāt. In qua re illud etiā diſpenſari credo: ꝙ forſitan alicuiuſ tam pceps atqꝫ īportuna natura eſt: vt eū in ſcelera poti⁹ exacerbare poſſit rei familiaꝛ iopia. huius morbo pui dentia collate pecunie remedio medeꝶ. Hic fedatam probris cōſciam ſpectās ⁊ ſecū fortunā ſuā ꝯpanſ forſitan ptimeſcit: ne cui⁹ ei iucūdus vſus ē ſit triſtis amiſſio. Mutabit igiꝶ mores: ac dū fortunā metuit amittere neqciā dereliquit. Alios in cladē meritam pcipitauit īdigne acta felicitas. Quibuſdaꝫ pmiſſū puniēdi ius ē: vt exercitiū bonis ⁊ malis

¶ Leta vero magnū bonis argumētū loquunꝶ. Hic aſſignat cauſas qre malis bona eueniāt.ſcđo ſoluit tacitam qſtionē ſiue obiectionē.ibi. Nam vt probis. Primo dicit. Leta vero.i. pſpera que malis eueniunt.loquunꝶ.i.iudicant bonis magnū argumētū.qđ iudicare debeant de hꝫ felicitate.quā ſepe cernāt famulari īprobis. Habent enīꝫ probi ex hoc certiſſimū argumentuꝫ ꝙ illa non eſt vera felicitas q malis aduenit: ſꝫ falſa deceptio. Tunc aſſignat pmā cauſaꝫ quare de⁹ malis ꝯcedit bona ⁊ pſpera ꝙ qdeꝫ mali p pſpera pſeruanꝶ a peiorib⁹ ſcelerib⁹ ne fiāt fures vel raptores ⁊ dicit. In qua re ꝙ malis eueniāt pſpera illđ credo diſpenſari.i.diſpēſatiōe ordīari.ꝙ forſitan natura alicuius mali eſt tā preceps ad malum et īportuna. vt inopia rei famillaris.i.paupertas poſſit eū exacerbare.i.puocare.ī ſcelera.ſ.ad furtū vel ad rapinā.huius morbo diuina puidētia medeꝶ remedio collate pecunie. Tūc aſſignat ſecundam cām talē ꝙ ideo malis eueniūt pſpera vt pſperitate emendēt vitā quā timentes ne ppter maliciā amittāt pſperitate. Unde dicit. Hic.i.aliqs malus: ſpectās.i. cōſiderans cōſcieatiā ſuā fedatā probris.i.maculatā vicijs: ⁊ ipſe cōparans ſecum fortunam.i. pſperitatem ſuam: forſitan pertimeſcit: vt cuius rei.ſ. pſperitatis iucundus eſt ei vſus illius fiat triſtis amiſſio. ⁊ dū metuit amittere fortunam derelinqt nequiciā. Tūc ponit tertiā cām dicēs. Alijs malis aduenit pſperitas vt incidāt maiorē miſeriā aduerſitatis: qꝛ ſicut dictū fuit.ij.libro pſa.iiij. In omni aduerſitate fortune infeliciſſimū genus īfortunij eſt fuiſſe felicē. Uñ dič ī lr̃a ꝙ felicitas īdigne acta. Alia lr̃a hꝫ acta.i.īducta alios malos pcipitauit ī meritā cladē.i.ī miſeriā. Et addit ꝙ qbuſdā malis pmiſſū ē.i.ꝯceſſū.ius puniendi.i.poteſtas vt ſit bonis cauſa exercitij in virtutib⁹ ⁊ patiētia: ⁊ malis ſit eā ſupplicij. ¶ Nō ꝙ felicitas quoſdam precipitat in cladem aduerſitatis. vnde ſamarienſ. Promouet iniuſtos fortuna volubiles. vt quos Scandere precipites fecit ad ima rotet. Naꝫ grauiore ruit turris tumefacta ruina. Et graui⁹ pulſat alta cypreſſus humuꝫ. ¶ Et notādū ꝙ boni p aduerſitates ī virtutibus ⁊ paciētia exercentur. Unde idē pauper henricus. Aſpera ferre decet maturant aſpera mētem. Et bene matura plenius vua ſapit. Per nimios eſtus gelidas tranſitut ad vndas. Sicqꝫ per oppoſitum dulcia querit homo.

¶ Nam vt probis. Hic ſoluit quādā obiectiōez. ſecundo īfert quandaꝫ cōcluſionez. ibi. Ex quo ſepe. Primo dicit. Aliquis diceret. dixiſti ꝙ malis eſt cōceſſum ius puniendi vt ſint cauſa ſupplicij alijs malis. hoc nō videtur verū: qꝛ malus non punit maluꝫ cum ſint ſilēs. hoc ſoluit phīa dicens. Sicut probis ⁊ iprobis nullū eſt fedus. i. concordia. quia ſemper inuicem contrariant. Ita ipſi iprobi nequeunt inter ſe cōuenire. Quid ni. i. quare non eēt ita cū qꝫ. i. qlibet mali. diſſentiant a ſemetipſis vicijs diſcerpentibus. i. diſtrahētibꝰ conſcientiaꝫ ipſorum. ⁊ ſepe mali faciant: que cum geſſerint. i. fecerint. decernāt. i. iudicēt. non fuiſſe gerenda. i. faciēda. ¶ Notādum ꝙ intātum aliquis ē bonuſ inqꝫtū ſeruat ordinem ī vltimū finem. qui finis ē ſummū bonuꝫ. ⁊ quia illum finem ⁊ ordinem omnes boni ſeruant. ideo omnes boni in eo ꝙ boni ſunt inuicem concordant. mali aūt qꝛ hunc ordinē non obſeruant ⁊ a ſemetipſis diſcordāt. mutuo ſibi concordare non poſſunt.

¶ Ex quo ſepe ſumma illa. Hic infert quandā ꝯcluſionez dicens. Ex quo mali puniūt malos ex hoc diuina ꝓuidentia ꝓtulit īſigne miraculum. ſ. vt mali facerent malos bonos quod declarat. Nam duꝫ quidam mali videnꝉ perpeti iniqua a peſſimis. ipſi flagrantes. i. ardentes. odio noxiorum. i. damnorum ſuorum. ipſi redierc ad frugem virtutis. i. ad vtilitatem. duꝫ tales ſtudent ſe eſſe diſſimiles illis malis quos oderant. ⁊ addit ꝙ ſola diuina vis talis ē cui mala ſint bona. i. cedunt in bonum: ſicut cum malus facit malum bonum. vnde ſubdit. Cum deus vtendo cōpetenter magis elicit effectum alicuius boni. Ordo eniꝫ fatalis cuncta cōplectitur. vt quod deceſſerit ab ſignata rōne ordinis. ſ. mali relabatur in alium ordinem. ſ. boni. ne in regno prouidentie dei liceat quid. i. aliquid temeritati. i. inordinationi. ⁊ ponit auctoritatē in greco que tantum ſonat. Fortiſſimus in mundo deus oīa regit. ¶ Notandum ꝙ bonum prouenienſ ex malicia iproborum nō eſt imputandum ipſis iprobis. ſed tantum diuine virtuti que nouit ex malis efficere bona. ⁊ licet deus malum dirigat ad bonuꝫ ſua intentione ⁊ poteſtate. non tamen homo ideo eſt extra culpam. quia illud malū agit mala intentione. ¶ Notandum ꝙ alius eſt ordo naturalis. alius ordo a deo prouiſus. Ordo naturalis eſt vt deuꝫ ⁊ proximū diligamus. Ordo prouiſus eſt temporalis rerum diſpoſitio que fatum vocatur. ⁊ lꝫ ordinem naturalē ſepe dimittamus aliquid plus deo diligendo ⁊ proximum odiendo. tamen ordinē prouiſū a deo nunqꝫ effugimus. quia nunqꝫ aliter ꝓuenit qꝫ deus prouidet. ⁊ ſi aliqd recedit ab ordine naturali relabiꝉ ī aliū vt ſi aliqd eſt malū quo ad miſericordiā ipſum eſt bonum ī cōparatione ad iuſticiam. ita ꝙ in regno diuine prouidētie nihil relinquiꝉ temeritati. i. īordinationi. ¶ Neqꝫ eniꝫ phas eſt homini. Hic phīa excuſat ſe de ampliori īdagatōe cauſarū dicens. Neqꝫ enim eſt phas homini. vel ingenio comꝑhendere vel ſmone explicare. cunctas machinas. i. cāsvꝉ diſpoſitiones ope diuine. i. diuini operis. hoc tm̄ ſufficiat ꝓſpexiſſe. qđ deus ꝓditor. i. ꝓductor oīuꝫ naturaꝝ diſponat cuncta dirigēs ad bonū. Et dū ea que ꝓtulit. i. ꝓdixit feſtinat retinere ī ſilitudine ſui. i. ī bono. ipſe eliminat. i. excludit. ꝑ feriē. i. ꝑ ordinē fatalis neceſſitatis: omne malū de terminis ſue publice rei. i. mūdi. quo fit vt mala q̄ credūtur abūdare ī terris. ſi ſpectes ꝓuidētiā diſponentē nihil ꝑpēdas vſqꝫ eſſe mali. Tūc inuocat Boetiū ad ꝯſolationē metricā dicēs. Uideo te eſſe oneratū pondere q̄ſtionis q̄ difficilis eſt. ⁊ fatigatū ꝓlixitate orōnis. expectare aliqꝫ dulcedinē carminis. Igiꝉ accipe hauſtū dulcedinis metrice. quo refectꝰ. i. recreatꝰ firmior ꝯtēdas. i. ꝑgas ī vlteriora. ¶ Notādū ꝙ dicit malū nuſqꝫ eſſe ī cōparatōe ad diuinā ꝓuidētiā. qꝛ malū nō eſt aliqua natura neqꝫ aliqua res. oīs. n. nā ⁊ res appetit ſuā ꝑfectionē. Cū aūt appetibile habeat rōnē boni ſi malū eſſet nā ⁊ res appetēs ꝑfectionē: malū eēt bonū. ¶ Notādū ꝙ nullū eſt malū ſimpliciter ⁊ totaliter ī mundo qn ī cōparatōe ad diuinā ꝓuidentiā habeat rōnem boni. vnde expedit multos defectus ꝯtigere ī vniuerſo ne multa bona tollātur. Si eniꝫ nō corrūpereꝉ aer ignis nō ꝯſeruareꝉ. nec vita leonis ꝯſeruareꝉ niſi occidereꝉ agnus vel aſinus. neqꝫ laudareꝉ iuſticia nec patiētia ſi nō eēt iniqtas. Ex quo pꝫ ꝙ multa ī cōparatōe ad nos ſūt mala q̄ ī cōparatōe ad diuinā ꝓuidētiā oīa diſponētē ſm ꝙ melius cōpetūt vniuerſo bona ſunt.

eēt cauſa ſupplicij. Nam vt ꝓbis atqꝫ iprobis nulluꝫ fedus eſt: ita ipſi inter ſe iprobi nequeunt conuenire. Quid ni? cū a ſemetipſis diſcerpentibus conſcientiam vicijs quiqꝫ diſſentiant: faciantqꝫ ſepe que cuꝫ geſſerint non fuiſſe gerenda decernant. Ex quo ſepe ſumma illa prouidētia protulit inſigne miraculuꝫ: vt malos mali bonos facerent. Nam duꝫ iniqua ſibi a peſſimis quidem perpeti videntur noxiorū odio flagrantes ad virtutis frugem redire: dum ſe eis diſſimiles ſtudēt eſſe quos oderāt. ſola eſt. n. diuina vis: cui mala quoqꝫ bona ſint: cū eis ꝯpetenter vtendo alicuius boni elicit effectū. Ordo enim quidem cuncta ꝯplectitur: vt quod ab ſignata ordinis ratione deceſſerit: hoc ideꝫ in aliuꝫ tamen ordineꝫ relabatur: ne quid in regno prouidētie liceat temeritati: fortiſſimus in mundo deꝰ cuncta regit cum omnia ſecula preuidet ac ꝓſpicit. Neqꝫ enī phas eſt homini cunctas diuine ope machinas vel igenio ꝯprehendere vel explicare ſermone. Hoc tantuꝫ proſpexiſſe ſufficiat quod naturarum omnium proditor deus idem ad bonum dirigens cuncta diſponat. Dūqꝫ ea que ꝓtulit in ſui ſimilitudine retinere feſtinat: Malum omne de rei publice ſue terminis per fatalis ſeriem neceſſitatis eliminat. Quo fit vt que in terris abūdare creduntur: ſi diſponentem prouidentiaꝫ ſpectes: nihil vſqꝫ mali eſſe perpēdas. Sed video iam dudum te ⁊ pondere queſtionis oneratuꝫ: ⁊ rationis prolixitate fatigatum: aliquam carminis expectare dulcedinē. Accipe igiꝉ hauſtum quo refectus firmior in vlteriora contendas.

 

℄ Metrum ſextum quarti libri.

Si viſ celſi iura tonātis. Iſtud eſt ſextū metrū hu/ius quarti: qđ ſm̄ quoſdam dicit̃ adonicum. ſm̄ quoſdam archiloycū. ab inuētore thetrametrum. Dactilicū a pede ꝑdominā̄te. In quo metro phia cōmen/dat diuinā ꝓuidentiā ī diſpoſitōe reꝝ. ⁊ p̄mo ex parte reꝝ que diuina di/ſpoſitione re/gūtur. ſcd̄o ex parte dei re/gētis ibi. Se/det interea. Primo ꝯmē/dat diuinā ꝓ/uidentiā in re/gimine corpo/rū celeſtiū. ſe/cūdo i regimi/ne elemētoꝝ. tertio in regi/mine tēporū. quarto i regi/mine genera/biliū ⁊ corru/ptibiliū. ſcd̄a ibi. Hec ꝯcor/dia. tertia ibi. Hiſ de cauſiſ q̄rta ibi. Hec tēperies. Pri/mo dicit. Si tu ſolers.i. ſa/piēs vis. pura mēte cernere

℄ Metrum ſextū quarti libri.

Si viſ celſi iura tonantis
Pura ſolerſ cernē mēte
Aſpice ſūmi cūmia celi.
Illic iuſto federe rerum
Veterem ſeruant ſydera pacē.
Non ſol rutilo concitus igne
Gelidum phebes ipedit axem.
Nec que ſummo vertice mundi
Flectit rapidos vrſa meatus:
Nunꝗ̄ occiduo lota profundo
Cetera cernens ſydera mergi:
Cupit occeano tingere flāmas.
Semper vicib⁹ temporis equis
Veſper ſeras nuuciat vmbras
Reuehitq̄ diem lucifer almum.
Sic eternos reficit curſus
Alternus amor. ſic aſtrigeris
Bellū diſcors exulat oris.
Hec ꝯcordia temperat equis

iura.i. regimina qbus mundus regit̃. celſi tonantis.i. dei. aſpice culmina.i. altitudines ſummi celi. Illic ſydera ſer/uāt veterē pacē.i. antiquā ꝯcordiā quā eis diuina ꝓuidē/tia ididitz iuſto federe. qꝛ ſol ꝯcitus.i. cōmotus. rutilo igne .i. calore nō ipedit gelidū axem phebes.i. lune. nec vrſa q̄ flectit rapidos meatus.i. motus circa polū ſeptētrionalē nunꝗ̄ lota occiduo ꝓfūdo.i. mari occidētali: cupit tīgere .i. mergere. flāmas occeano.i. mari. cernēs cetera ſydera mergi i mare. ⁊ loqtur more vulgari. credit.n. vulgus ſtel/las quādo occidūt deſcēdere i mare. ⁊ veſper.i. venus ſem/ꝑ eq̄s vicibus tēporis nūciat ſeras vmbras noctis. ⁊ eadē venus exiſtēs lucifer reuehit diē almū.i. claꝝ. Sic alter/nus amor ꝓueniēs ex diuina ꝓuidētia. reficit eternos cur/ſus ſydeꝝ. ſic.i. ꝑ tale mutuā ꝯcordiā. bellū diſcors exulat .i. expellit̃. ab oris aſtrigeris.i. a regionib⁹ celeſtibus q̄ ge/rūt aſtra. ℄ Notādū de hac dictōe ſolers que ſ₃ Iſidoꝝ iterpretat̃ quaſi ſollicitus i arte vel vtilis ⁊ ſic debet ſcri/bi per duplex. ll. Sed ſm̄ huguitionē dicit̃ a ſolon. qđ eſt totū vel multū. ⁊ ars. tis. quaſi totus vel mult⁹ i arte. ⁊ ſic debet ſcribi ꝑ ſimplex. l. ℄ Notādū ꝙ deus magis deno/minat̃ tonās a tēpeſtate tonādi. q̄ꝫ ab alia tēpeſtate. quia maior terror per eam icutitur mētibus hominū q̄ꝫ ꝑ aliā. Unde per tēpeſtatem tonandi homines magis iducūtur ad recogitādam diuinā potentiā. ℄ Notandū ꝙ vrſa ha/bens ſeptem ſtellas circa polū ſeptentrionalē mota. nun/ꝗ̄ occidit ſed ſemper nobis apparet. lꝫ alie ſtelle nobis ori/antur ⁊ occidant. de venere aūt que de nocte ſequitur ſo/lem. ⁊ de mane lucifer dicta precedit [ſolem viſum] fuit in primo libro metro ſecundo.

℄ Hec ꝯcordia tēperat equis. Hic phia ꝯmēdat regimē diuine prouidētie i elementis dicens. Hec concordia pro/ueniēs ex diuina prouidētia. tēperat elemētā eq̄s modis vt humida elemēta pugnātia. ideſt cōtraria cedāt. ſiccis vicibus.i. viceuerſa. ita ꝙ quādoq̄ꝫ preualeant humida. ⁊ quādoq̄ꝫ ſicca. ⁊ ꝙ frigora.i. elemēta frigida. iūgāt fidem ideſt ꝯcordiā. flāmis.i. calidis elemētis. ne vnū totaliter aliud corrūpat. ⁊ hec cōcordia facit vt ꝑ̄pēdulus ignis ſur/gat ī altum.i. moueat̃ ſur/ſum. et terre graues pōde/re ſidāt. ideſt deorſum reſi/deātur. Tūc cōmendat re/gimen dei cir/ca tēpora di/cens: Hiſdē cauſis.i. ſimi/libus cauſis ꝑ diuinā ꝓuidē/tiam ordina/tis annus flo/rifer.i. in quo abundant flo/res. ſpirat odo/res ipſo vere .i. tempore ve/ris. tepente.i. incaleſcente. eſtas feruida ſiccat.i. matu/rat. cererē.i. fruges. Autū/nus remeat.i.

Elementa modis. vt pugnantia
Vicibus cedant humida ſiccis.
Iungātq̄ꝫ fidē frigora flamis.
Pendulus ignis ſurgat in altū.
Terreq̄ꝫ graues pondere ſidāt.
Hiſdem cauſis vere tepenti
Spirat florifer annus odores.
Eſtas cererem feruida ſiccat.
Remeat pomis grauis autūn⁹.
Hyemem defluus irrigat imber.
Hec temperies alit ac profert
Quicquid vitā ſpirat in orbe.
Eadem rapiens condit ⁊ aufert
Obitu mergens orta ſupremo.
Sedet interea conditor altus:
Rerūq̄ꝫ regens flectit habenas.
Rex ⁊ dominus: fons ⁊ origo:
Lex ⁊ ſapiens arbiter equi.
Et que cum motu concitat ire
Siſtit retrahēs: ac vaga firmat.

reuertit̃. grauis.i. oneroſus. pomis. imber defluus irrigat hiemem. Tūc cōmendat regimen dei circa generabilia ⁊ corruptibilia dicēs. Hec tēperies.i. tēperata diſpoſitio ꝓ/uidētie diuine. alit ⁊ ꝓfert qcqd i orbe ſpirat vitā.i. qcqd viuit. ⁊ eadē temperies rapiens eā que fecit. cōdit.i. abſcō/dit. ⁊ aufert. ſ. ab eſſe. mergēs orta.i. ꝓducta. ſupremo obi/tu. vltima morte. ℄ Notādum ſm̄ cōmentatorē. 8. phiſi. Primū antiquum nihil facit ſine ſecūdo antiquo.i. celo. ergo p̄ma cauſa generationē ⁊ corruptionem elemētoꝝ ⁊ oiuꝫ i mūdo ⁊ tēpoꝝ diſtīctionē opat̃ mediantibus cor/poribus celeſtib⁹. vnde i li. de pomo ariſto. ſcribit̃. ꝙ crea/tor omniū ſua ſapiētia ꝑparauit ſperas. ⁊ ī qualibet ſpera ſtellas lucidas. ⁊ dedit ipſis virtutē dominādi i hoc mūdo faciēdi bonū ⁊ malū mortē ⁊ vitā. ⁊ icedūt ſtelle ſm̄ virtu/tē ipſis a cretore datā. ſm̄ deſideriū ⁊ volūtatem eius in aſcēdēdo ⁊ deſcēdēdo. nūc de oriēte ad occidēs. nūc de oc/cidēte ad oriēs ſine ꝯtradictōe. ⁊ oēs ſtelle ſunt ſicut ſerui dn̄o obediētes. ⁊ curſus ⁊ motus eaꝝ non eſt a ſeipſis nec virtute eaꝝ. ſed eſt creator q facit eas moueri.

℄ Sedet iterea ꝯditor altus. Hic ꝯmendat ꝓuidētiam diuinā ex parte dei regētis dicens. Interea dum res ſic ge/rūtur. altus ꝯditor.i. ſummus creator rex deus. ſedet.i. in ſe īmutabiliter manet regēs oīa. flectit.i. moderat̃. habe/nas reꝝ.i. frena. exiſtēs rex ꝑ ſapientiā gubernatōis. dn̄s per potentiam creationis. Fons omnis bonitatis. ⁊ origo omniū ⁊ ipſe a nullo. lex omnia ligās. ⁊ ſapiēs arbiter.i. iu/dex. equi.i. eqtatis oībus retribuens ſ₃ iuſticiā. que. ſ. lex oīa regens. concitat.i. excitat entia. ire.i. procedere ad eſſe motu.i. per motum. ⁊ ſiſtit.i. permanere facit ad tēpus in eſſe retrahens omnia ad non eſſe. ⁊ ipſa firmat per gratiā vaga. ideſt iſtabilia per naturam.

Nam niſi rectos reuocās itus
Flexos iterum cogat in orbes.
Que nūc ſtabilis continet ordo:
Diſſepta ſuo fonte fatiſcant.
Hic eſt cunctis cōmunis amor.
Repetuntq̄ boni fine teneri.
Quia non aliter durare queant:
Niſi conuerſo rurſus amore
Refluant cauſe que dedit eſſe.

¶ Proſa ſeptima libri quarti.

i

Am ne igiť videſ qd hec oīa que diximus ↄſequaťˀ B. Quid naz īquāˀ P. Omnē īquit bonā prſus eſſe fortunaz. B. Et q̄ inq̄ fieri poteſtˀ P. Attēde inqt cum omnis fortuna vel iucunda vel aſpera: tum remunerādi exercendiue bonos tū puniēdi corrigendiq̄ īprobos cā deferať: pz q̄ oīs bona quam vel iuſtā ↄſtat eſſe vel vtilez. B. Nimis quidē inq̄ vera rō. Et ſi quam pauloante docuiſti ꝓuidētiam fatūue ↄſiderē: firmis viribus ē nixa ſnīa. Sed eā ſi placet iter eas q̄s īopinabiles paulāte poſuiſti numeremuſ. P. Et qd inqtˀ B. Quia id hominum ſermo cōis vſurpat. ꝛ qdem crebro quorūdā malā eſſe fortunā. P. Vis ne inqt igiť paulīſper vulgi ſermonibꝰ accedamꝰ: Ne nimiū velut ab humanitatis vſu receſſiſſe videamurˀ B. Vt placet inq̄. P. Nōne igiť bonuz cenſes eſſe qd ꝓdeſtˀ B. ita eſt inq̄. P. Que vero aut exercet aut corriget prodeſt. B. Fateor inq̄. P. Bona igiť. B. Quid niˀ P. Sz hec eoꝝ eſt: q vel ī virtute poſiti ↄtra aſpa belluz gerunt: vel a viciis declinātes virtutis iter arripiunt. B. Negare inq̄ nequeo. P. Quid vero iucunda que in premium tribuitur bonis: Num vulgus malam eſſe decernitˀ B. Nequaq̄. Veruz vti eſt ita quoq̄ eſſe optimā cenſet. P. Quid reliq̄ q̄ cū ſit aſpa ꝛ iuſto ſupplicio malos coherceat: Nū bonam ppl'ſ p̄ntatˀ B. Jmmo oīuz inq̄ q̄ excogitari poſſunt iudicat eſſe

¶ Nam niſi deus reuocans rectos itus.i.rectū progreſſum.q eſt ab eſſe ad non eſſe. cogitat.i. reducat entia ī flexos orbes.i.ī quaſdā circulatōes.ea q̄ ſtabilis ordo diuine ꝓuidērie ↄtinet. ipſa diſſepta.i.ſeparata. a ſuo fōte.i.a ſuo ꝑncipio qd eſt deus. fatiſcāt.i. deficiāt ꝛ ad nihilum deueniēt. Hic fons eſt cōmunis amor cūctis entibus. ꝛ cūcta repetūt.i.appetūt. teneri.i.ↄſeruari. fine boni.i.per finē boni. qꝛ res aliter nō queāt durare.i.ī eſſe perpetuari. niſi cōuerſo amore. refluant.i.redeant cauſe.i. ad cauſam ꝑmā que dedit eis eſſe ꝑ creationē. ¶ Notādū q̄ entia regūtur a deo ꝑ quandā circulationē ſm quā quodam modo perpetuātur in eſſe verbi gratia. Deꝰ ſic diſpoſuit res vt ex ſemine ꝓueniat herba. et econuerſo ex herba ꝓducatur ſemen. ſic ī generatione elemētoꝝ fit q̄dā circulus dum ex aere generať ignis ꝛ itez ex igne aer. Jtē ī creaturis rōnalibus q̄ ꝓgrediūtur a deo ꝓductōe nature. fit itez reflexio ad ipſum deuz ꝑ reductionē gratie. vt ſic nihil ꝑmaneat ī rebus ens ꝛ ꝑfectū niſi per quandā circulationē. ꝛ hoc inuit phīa ī lrā. ¶ Notādum q̄ finis ad quem oīa naturali appetitu tendunt eſt ipſum ſummū bonū qd eſt deus. hūc finē conſequūtur rōnales creature per operationē ītellectus ꝛ voluntatis. Sed irrōnales creature ↄſequūtur ipſum ſolū ꝑ hoc q̄ ipſum repreſentārper quandā participationē eēndi. ꝛ ideo eodem appetitu naturali quo aliqd appetit ſuū eſſe. eodē appetitu. tendit ī ſuū vltimū finem. ꝛ hoc īnuit ī lrā eum dicit. Hic eſt cunctis communis amor.

¶ Proſa ſeptima quarti libri

i

Am ne igiť vides. Jſta eſt ſeptima ꝛ vltima ꝓſa huius quarti in qua phīa deducit quandam concluſionē ex premiſſis. Et primo facit hoc. ſecūdo ſubiūgit quādā exhortationē: ſcdā ibi. Quare inqt. Primo ponit ↄcluſionē ītentā. ſcdo cōparat eā ad opinionem vulgi. ſcdā ibi. Sed eā. Primo dicit. Vides ne iā o Boeti qd cōſequať hec oīa que diximꝰ. dicit Boetiꝰ. Quid inq̄ ꝛ phīa. Oēz fortunā prorſus eē bonā dicit boetiꝰ. ꝛ q inq̄.i. quō hoc pōt fieri. Cui phīa. Attēde inqt. Cuz oīs fortuna ſiue iocūda ſiue aſpera. deferať cauſa remunerādi vel exercēdi bonos vel cauſa puniēdi vel corrigēdi īprobos patet. q̄ oīs fortuna eſt bona quā vel ↄſtat eſſe iuſtā ſicut illa que punit malos. ꝛ ꝑmiat bonos. vel ↄſtat eſſe vtilē. ſicut que exercet bonos ꝛ corrigit malos. dicit Boetiꝰ nimis.i. valde vera eſt rō. ꝛ ſi ꝓuidētiā quā pauloāte docuiſti. ꝛ fatū ↄſiderē. tunc ſentētia eſt nixa.i. firmata firmis viribꝰ.i. rōnibus. ¶ Notādūz q̄ ex quo ſm diuinā ꝓuidētiā bonis ꝛ malis nūc ꝓſpera nunc aduerſa eueniūt bonis propter remunerationē ꝓſpera ꝛ ꝓpter exercitationē ī virtutibus aduerſa. patet q̄ ꝓſpera fortuna remunerās ꝛ aduerſa exercitans eſt bona. Jtē cū ꝓſpera fortuna malos emēdet vt viſum ē ꝑus ꝛ aduerſa ipſos corrigat ꝛ iuſte puniat patet ipſam etiā eſſe bonam. ¶ Sed eaz ſi placet. Hic cōparat hāc concluſionem ad opinionē vulgi oñdēs eam vulgo eē īopinabilē. ꝛ inqrit qd vulgus ſentiat de q̄libet fortuna. ſcdo ex opinione vulgi ↄcludit qdā ↄtrium ipſi vulgo ibi. Vide igiť. dicit ergo. O phīa ſi placet eā opinionē q̄ oīs fortuna ſit bona numeremus īter eas opiniones q̄s paulo āte poſuiſti īopinabiles. dicit phīa qd.i. ꝓpter qd. Boe. dicit. qꝛ cōis ſmo hoīuz vſurpat iſtud.i.ī vſū capit quorūdā fortunā eē malā. quorūdā bonā. ꝛ dicit phīa. Vis ne O Boeti accedamus paulīſꝑ ſermonibꝰ vulgi. ne nimiū videamur receſſiſſe a cōmuni vſu hoīuz. dicit Boetius. vt placet. ꝛ phīa. nōne cēſes bonū qd ꝓdeſt. dicit boetiꝰ. ita eſt. ꝛ phīa. fortuna q̄ aut exercet aut corrigit ꝓdeſt. dicit boetiꝰ. fateor inq̄. Jdeo ↄcludit phīa. Oīs fortuna bona eſt q̄ exercet ꝛ corrigit. dicit Boetiꝰ. Quid ni.i. q̄re non. Et addit phīa. Hec fortuna q̄ exercet ē eoꝝ hoīuz. q poſiti ī virtute gerūt bellū ↄ aſpera. ſz fortuna q̄ corrigit ē eoꝝ hoīum q declinātes a viciis arripiūt iter ꝟtutis. Dicit boetiꝰ. Negare nequeo. Querit phīa. Quid ē de fortuna iucūda. q̄ tribuiť bonis ī ꝑmiū. nunqd vulgus decernit.i. iudicat eam eē malā. dicit boetiꝰ. Nequaq̄: ſz eēſet.i. iudicat eam eſſe optimā ſicut eſt. Querit vlterius phīa. Quid eſt de reliq̄ fortuna q̄ punit. q̄ cū ſit aſpera ꝛ coerceat malos iuſto ſupplicio. nunqd ppl'ſ.i. vulgus putat eā eſſe bonā. dicit boetius. Jmmo iudicat eā eſſe miſerrimā oīuz q̄ excogitari

poſſunt. ¶ Notādū ꝙ oīs fortuna vel eſt ad exercēdum bonos ⁊ corrigēdū malos hoīes. vel eſt ad remunerādū bonos ⁊ puniēdū malos. Fortuna q̄ eſt ad exercendū bonos ⁊ ad corrigēdū malos hoīes vtraq̄ eſt bona. etiā ſm opinionē vulgi. qḋ ꝓbat phīa. Illud qḋ ꝓdeſt bonū ē. ſ3 fortuna q̄ exercet bonos homies ꝓdeſt bonis. ⁊ q̄ corrigit malos ꝓdeſt malis. ꝗ vtraq̄ ē bona. Fortuna autē que exercet eſt bonoꝝ ꝗ gerunt bellū ꝯ vicia. Fortuna q̄ corrigit ē maloꝝ ꝗ declināt ad ṽtutes. Fortuna aūt q̄ remunerat bonos. bona ē etiā ſ3 vulgares. ſ3 q̄ punit malos oīu3 peſſima ē ſm vulgares. ⁊ hanc opinionem vulgi de vtraq̄ fortuna phīa tāgit in littera.

¶ Uide igit. Hic phīa ex ꝯceſſis a vulgo ꝯcludit qḋdā iopinabile ⁊ ꝯtrariū vulgo. ſ. malā eſſe fortunā tm̄ maloꝝ. cū tn̄ opinet vulgus vt plurimū malā fortuna3 euenire bonis ⁊ dicit. Uide ne nos ſequentes opinionē populi i. vulgi ꝯfecerimus. i. ꝯcluſerimus qḋdā valde iopinabile apud vulgū. Quid inq̄ dicit Boeti⁹. ⁊ phīa. Ex his. n. q̄ ꝯceſſa ſunt ſ3 opinionē vulgarē euenit ꝙ eoꝝ ꝗ ſunt ī ꝑfecta poſſeſſione ṽtutis. vel ī ꝓfectu vel ī adeptōe ṽtutis. oē3 fortunā eē bonā ſiue ſit ꝓſpera ſiue aduerſa. manētib⁹ aūt ī iꝓbitate oē3 fortunā eē peſſimā. ⁊ dicit Boetius. hoc veꝝ ē ſm vulgares. q̄uis nemo audeat ꝯfiteri ſm veritatē. q2 ī rei veritate oīs fortuna bona eſt ta3 bonoꝝ q̄ȝ maloꝝ vt ꝓbaſti. ¶ Notādū ꝙ oīs fortuna bona vel eſt remunerans: vel exercēs: vel corrigēs. Fortuna remunerans eſt eoꝝ ꝗ ſunt ī poſſeſſione virtutis. Fortuna exercēs ē eoꝝ ꝗ ſūt ī ꝓfectu virtutis. Fortuna corrigēs ē eoꝝ ꝗ īcipiūt eē ṽtuoſi. Ex quo reliquit ꝙ eoꝝ ꝗ ꝑmanent ī malicia ſit fortuna peſſima ⁊ hoc veꝝ eſt ſm opiniones vulgares. ¶ Nota ꝙ q̄libet fortuna pōt dupl'r conſiderari. Uno modo ī cōparatōe ad cauſā vniuerſalē q̄ oīa regit ⁊ diſponit ordinādo ſingula ī finē eis ꝯuenientē. ſic oīs fortuna bona eſt vt ꝓbatū eſt. Uel pōt cōparari fortuna ad iſtū cui euenit. ⁊ ſic ſolū illa dicit bona q̄ aliqḋ bonum ꝯfert illi cui aduenit: ⁊ illa mala q̄ nihil boni ꝯfert.

¶ Quare iquit ita. Hic phīa facit quādā exhortationē dicēs. Ex quo oīs fortuna ē bona ſapiēs vir non d3 moleſte ferre. quotiēs adducit ī certamen fortune. i. cū fortuna. ⁊ nō decet fortē viꝝ īdignari. i. turbari quotiens īcrepuit. i. īſonuit. bellicus tumultus. i. ſtrepitus. Nam ipſa difficultas bellandi ⁊ reſiſtēdi fortune eſt vnicuiq̄ viro forti ⁊ virtuoſo mā. i. cauſa glorie ꝓpagāde. exercitiū. n. bellicu3 ē cauſa glorie viro forti. Illi vero. ſ. viro virtuoſo

miſerrimā. P. Uide igit ne opinionē ꝑpli ſeq̄ntes quoddā iopinabile valde confecerimus. B. Quid iq̄. P. Ex his. n. ait que ꝯceſſa ſūt euenit eoꝝ q̄dē ꝗ ſunt vel in poſſeſſione: vel in ꝓfectu: vel ī adeptōe virtutis oē3 q̄cūq̄ ſit bonā: ī iꝓbitate vero manētibus omnē peſſima3 eſſe fortunam. B. Hoc inq̄ verū eſt: tāetſi nemo audeat cōfiteri. P. Quare inq̄t ita vir ſapiēs moleſte ferre nō d3 quotiēs ī fortune certamen adducit: vt viru fortē nō decet īdignari quotiēs īcrepuit bellicus tumult⁹: vtriq̄ enim huic quidē glīe ꝓpagande: illi ṽo confirmande ſapiē difficultas ipſa materia eſt. Ex quo etenī virtus vocat. ꝙ ſuis virib⁹ nitēs nō ſuperet aduerſis. Neq̄ enī vos in ꝓuectu poſiti virtutis diffluere delicijs: ⁊ emarceſcere voluptate veniſtis. Preliū cū oī fortuna nimis acre cēſeritis. Ne vos aut triſtis opprimat: aut iucūda corrumpat firmis medium viribus occupate. Quicquid autem infra ſubſiſtit: aut vltra progreditur: habet ⁊ contemptum felicitatis: ⁊ nō habet premium laboris. In veſtra eſt eni3 ſitum manu qualem vobis fortunam formare malitis. Omnis enim que videtur aſpera: niſi aut exercet: aut corrigit: punit.

¶ Metrū ſeptimū quarti libri.

b Ella bis q̄nis operat⁹ ānis
Ultor atrides frigie ruinis.

reſiſtētia fortune eſt materia. i. cauſa ꝯfirmāde ſapiētie. i. virtutis. Ex quo. i. ex qua victoria talis difficultas virtus vocat. dicit. n. ṽtus eo ꝙ ſuis viribus nitēs nō ſuperet aduerſis: ⁊ ſubdit. Neq̄. n. vos poſiti ī ꝓfectu. i. ī via virtutis. veniſtis ī mūdū diffluere delicijs. ⁊ emarceſcere voluptate. preliū nimis acre cēſeritis. i. iudicabitis fieri cū omni fortuna. ne triſti fortuna opprimat eyciēdo ī deſperationē3 aut iucūda cōrūpit alliciendo ad voluptatem. occupate. i. tenete ergo mediū virtutis firmis viribus. q2 q̄cq̄d infra ſubſiſtit a medio virtutis deficiēdo. aut vltra progredit mediū virtutis excedēdo illud h3 ꝯtēptū felicitatis. i. virtutis et non habet premiū laboris. ⁊ in veſtra manu. i. poteſtate ſitu3 eſt. qualē virtutē vobis malitis. i. magis velitis formare. ſ. bonā vel malā. Oīs. n. fortuna q̄ videt aſpera. aut exercet bonos ⁊ punit malos ⁊ ſic bona eſt. ¶ Notādū ꝙ phīa hortat ſapiētē ad magnanimitatē cum dicit. Sapiēs nō debet moleſte ferre fortunā. Nā ſm ariſto. ī ethicis. Sapiēs bene ſcit ferre fortunas. q2 habet ſe ſine vituꝑio ſicut tetragonū. Corp⁹ eni tetragonū quocūq̄ ꝓycit firmiter ſtat. ⁊ magnanim⁹ eſt ꝗ cōtra difformes īſultus fortune vnanimi mētis ꝯſtātia militat. ¶ Notandū ꝙ virtus ꝯſiſtit ī medio īter duo vicia extrema ad quoꝝ vnu3 īpellit ꝓſpera fortuna ad aliud aduerſa. verbi gratia. Aduerſitas īpellit ad deſperationē ⁊ timiditatē. ꝓſperitas aūt ad ꝓ̄ſumptionē ⁊ audaciā. inter que ꝯſiſtit mediū virtutis. cuius exceſſus vel defectus eſt vicioſus. ⁊ hoc īnuit phīa ī lr̄a. ¶ Nota ꝙ ī poteſtate hominis eſt facere fortunam ſibi qualem vult. ſc3 bonam vel malam quod declarat phīa in aduerſa fortuna. quia ſi eam accipimus bono animo ꝓ exercitio ⁊ correctione ipſa eſt bona. Si autem eam toleramus malo animo etiam pro pena ipſa mala eſt.

¶ Metrum ſeptimum quarti libri.

b Ella bis quinis. Hic icipit ſeptimu3 ⁊ vltimum metrū huius quarti qḋ dicit ſaphicū ab īuētore trochaicū a pede ꝓ̄dominātе. ī quo phīa ꝯfirmat ſuā exhortationē exēplo viroꝝ fortiū ꝗ ſpretis voluptatibus magnos ſubierūt labores ſpe laudis ⁊ glorie. ⁊ primo ponit plura exēpla. ſecūdo hortatur nos ad imitationē eoꝝ. ibi. Ite nūc fortes. Prima pars poſſet diuidi ī tot partes quot exēpla ponit q̄ patebūt. Primū exēplū eſt tale. Paris filius p̄ami regis troyanoꝝ ī greciā ꝓfectus rapuit vxorē helenā Menelai. ⁊ duxit eā in frigiā regionē. Menelaus aūt ꝯqueſtus fratri ſuo agamēnoni hoc ſcelꝰ

agamēnon ꝯuocatis ꝑncipibus grecorum trāſfretauit ī frigiā ⁊ obſedit troyā decē annis.quā tādem deſtruxit ⁊ maioribus iterfectis populū captiuauit. Cū aūt agamē/non ꝓficiſcere͂ verſus troyā deuenit ī quandā īſulā vbi factus eſt ei vētus ꝯtrarius.⁊ requiſiuit vates q̄d eſſet fa/ciēdū.q̄ dixerūt ꝙ nō haberet vētū ꝓſpeꝝ niſi placaret dianā ſacrifi/cando ei ſuaꝫ filiā. Cui licet hoc videretur durum ꝓpter pietatē pater/nā.tū ſuadēte vlixe ſpe lau/dis et glīe ſup victoria obti/nēda cōſenſit vt eam īmola ret.quo facto obtinuit vētū ꝓſpeꝝ ad vo/lūtatem.dicit ergo ī littera.

Fratriſ amiſſos thalamoſ piauit.
Ille dum graie dare vela claſſi
Optat: ⁊ vētos redemit cruore:
Exuit patrē:miſerſqꝫ triſtis
Federat nate iuguli ſacerdos.
Fleuit amiſſos itac⁹ ſodales:
Quoſ fer⁹ vaſto recubās ī antro
Merſit imani poliphem⁹ aluo.
Sed tū ceco furibundu ſore
Gaudiū meſtiſ lachrymiſ repēdit
Herculē duri celebrāt labores:
Ille cēthauroſ domuit ſupbos.
Abſtulit ſeuo ſpoliū leoni.
Fixit ⁊ certis volucres ſagittis.
Poma cernenti rapuit draconi
Aureo leua grauior metallo.
Cerbeꝝ traxit triplici cathena.
Victor imitem poſuiſſe fertur
Pabulū ſeuis dominū q̄drigis.
Hydra cōbuſto periit veneno.
Frōte turbat⁹ achelous amnis
Ora demerſit pudibūda ripis.

Atrides.i.agamēnō atride filius exiſtēs vltor operatus bella bis quinis.i.decē annis.piauit.i.purgauit.vlciſcendo amiſſos thalamos.i.vxorē ꝯtētā ī thalamo fratris menelai.ruinis.i.deſtructiōibus.frigie.i.troye.que ſita fuit in frigia.dū ille agamēnō.optat dare.i.exponere vela graie claſſi.i.naui grecali.⁊ dū redimit ventos cruore.filie ſue. ipſe exuit.i.depoſuit.patreꝫ.i.pietatē paternā ⁊ ſacerdos triſtis exiſtens federat.i.fedare ſacrificat.miſeꝝ iugulū.i.collū vel guttur.nate.i.filie agamēnonis.ſm.n.huguitionē iugulū eſt idē qđ guttur vel gutturis iciſio.

Fleuit amiſſos ithacus ſodales. Hic philoſophia ponit ſm exemplum ī quo declarat fortia acta ipſius vlixis itendens talem fabulam. Ulixes rediens de bello troiano.decem annis errauit ī mari ſuſtinens multa aduerſa. tandem caſualiter venit ad antrum poliphemi qui erat maximus gigas habens vnicum oculum ī fronte. q̄ ſocios vlixis occidit ⁊ vorauit ſuper quo vlixes contriſtatus ſuſtinuit vſqꝫ quo ꝑdict⁹ gigas cibo replet⁹ obdormiret. quo dormiente oculum quem in fronte habuit eruit.qui euigilans furibundus queſiuit vlixem:ſed excecatus eū inuenire non potuit. Dicit ergo in littera. Ithacus.ideſt vlixes ab ithaca regione.vel ab auo ſuo ithaco ſic dictus ille fleuit.i.defleuit amiſſos ſodales quos ferus poliphemus recumbans.i.morans in vaſto antro.i.magno.merſit imani aluo.i.magno ventre.ſed tamen vlixes furibūdus rependit.i.reſtituit.gaudium meſtis lachrymis.i.ſuis triſticiis.ore.i.facie poliphemi ceco.ideſt excecato.

Herculem duri ⁊c. Hic ponit aliud exempluꝫ in quo deſcribit acta herculis ⁊ labores eius quibus fingit͂ meruiſſe celum dicens. Duri labores aſſumpti.celebrant.i. celebrem reddunt herculem. Cuius ponit primum laborem.ſ.domationem centhaurorum dicens. Iſte hercules domuit centhauros ſuperbos qui eum contempſe/runt. Ubi notandum ꝙ centhauri monſtra quedaꝫ dicta ſunt ex medietate homineſ ⁊ ex medietate thauri: quos poete fingunt genitos ex ſemine Ixionis quod ꝓiecit ī nubē.qua Iuno circumdederat ſe fugiēs a facie ei⁹ volentis cū ea ꝯcubere.hos cēthauros hercules domuit. Cū.n.ꝯueniſſēt ad ludū paleſtine ī mōte folor. Hercules cōgreſſus cū eis ipſos vſqꝫ ad effuſionē ſāguinis ꝓſtrauit.

Abſtulit ſeuo ſpolium. Hic ponit ſecundum laborem herculis dicens. Hercules abſtulit ſpolium.ideſt pellem ſeuo leoni. Ubi notandum ꝙ ī ſilua Nemea fuit quidam leo crudeliſſimus qui homines totius regionis inuaſit quē aggreſſus hercules pro liberatione patrie ipſū interemit ⁊ excorians ipſum pellem pro ſpolio abſtulit.

Fixit ⁊ certis volucres ſagittis. Hic ponit tertium laborem dicens. Hercules fixit volucres.ideſt arpias.certis ſagittis. Ubi nōndū ꝙ rex fini⁹ filios ſuos excecauit q̄ nouercaꝫ ſuā de ſtupro accuſauerant ꝓpter quod inuidia deorum ipſe eſt excecatus: ⁊ appoſite ſūt ei arpie.ideſt volucres virginei vultus.rapiētes cibū de menſa eius quas hercules ſagittis ſuis fixit ⁊ fugauit.

Poma cernenti rapuit draconi. Hic tangit quartum laborem dicens. Hercules rapuit poma draconi cernenti.ideſt cuſtodienti illa rapuit aureo metallo.ideſt cum claua aurea. Hercules inq̄ꝫ factus grauior.ideſt fortior leua.ideſt manu. Ubi notandum ꝙ ſeptem fuerunt filie athlantis habentes ortum aureum cum pomis aureis que draco cuſtodiebat. Hercules autem ſuperueniens draconi poma aurea abſtulit.

Cerberum traxit triplici cathena. Hic ponit quintuꝫ laborem dicens. Hercules cerberum.ideſt canem infernalem traxit ab inferis triplici cathena. Ubi notandum ꝙ pirritheus volens ſibi deſponſare reginam īferni. Herculem ⁊ theſeum ⁊ alteros viros fortes aſſumpſit quibus venientibus ad infernum cerberus ianitor inferni ipſos latratu ſuo impediuit. Hercules autem ipſum tribus cathenis vinxit.vel ſecundum alios ipſum traxit de inferno triplici cathena.quia dicitur habere tria capita canina triplici cathena vincta.

Victor immitem. Hic ponit ſextum laborem dicens. Victor.ſ.hercules fertur poſuiſſe imitem dominum.ſcꝫ dyomedem.in pabulum ſeuis quadrigis.i.equis quadrigam trahentibus. Ubi notandum ꝙ dyomedes fuit rex tracie.qui equos ſuos pauit humana carne. quē hercules interfectum dedit ſuis propriis equis deuorandū.

Hydra cōbuſto periit. Hic ponit ſeptimum laborē dicens. Hydra.i.ſerpēs periit cōbuſto veneno ſuo. Ubi notandū ꝙ ī lerna palude fuit q̄dam ſerpēs habēs plura capita quoꝝ vno preciſo ſaccreſcebant tria.queꝫ hercules aggreſſus ſagittando cum non videret ſe proficere collecta congerie lignorum ipſum combuſſit.

Fronte turbatus. Hic ponit octauū laborē herculis: Ubi ſciendum ꝙ cum hercules vellet deducere filiā cuiuſdam regis que dicebatur deianira fluuius achelous quē debebat trāſire mutauit ſe ī diuerſas formas pugnādo contra herculē.cum autē vltimo mutaſſet ſe ī ſpeciē thauri. Hercules ipſo deiecto abſtulit ſibi vnū cornu.qđ ſacrificauit copie.i.dee fortune.propter quod achelous verecundia confuſus fugit ⁊ in aquis latuit. vnde dicit ī littera. Achelous amnis.ideſt ille fluuius fronte turbatus propter ablationem cornu.ipſe demerſit in ripis ora pudibunda.quia latuit pre pudore in ripis.

Strauit antheū libicis harenis.
Cacus euandri ſatiauit iras.
Quoſq; pſſurꝰ foret altꝰ orbis:
Setiger ſpumis hūeros nōuit.
Ultimus celū labor inreflexo
Suſtulit collo. ꝓciumq; rurſus
Ultimi celum meruit laboris.
Ite nūc fortes vbi celſa magni
Ducit exempli via. cur inertes
Terga nudatis. ſuperata tellus
Sydera donat.

❡ Finit liber quartus.

❡ Incipit liber quintus.

❡ Strauit ātheū li. hare. Hic ponit nonū laborē dicēs: Hercules ſtrauit. i. occidit antheū illū gigātez harenis libicis. i. harenis libie regionis. Ubi notandum q̄ antheus erat gigas de terra ꝓgenitꝰ cuiꝰ erat talis virtus. q̄ ſi aliqñ ex fatigatōe dbilitareť tactu terre ſtatiz recupabat vires. Qui cū exerceret magnā tyrānidē i libia aduenit hercules ꝛ ɔgreſſus cuz eo diu ſil' luctabātur. Cum autē antheus ſentiret ſe debilitari ſponte cecidit i terrā. ꝛ ſic reſumpſit vires: qḋ hercules cognoſcēs ipſuz a terra eleuauit ꝛ ſupra pectus ſuū ipſuz tenendo oppſſit q̄uſq; ſpiritum exalaret.

❡ Cacꝰ euandri ſatiauit iras. Hic pōit decimū laborē. Ubi notādū q̄ cacꝰ fuit mōſtrum euomēs ignē ꝑ os cuiꝰ pr̄ fuit vulcanus. manebat āt cacꝰ i mōte auētino ſpoliās ꝛ occidēs hoies ꝛ furto plurimū iſiſtēs. cū aūt hercules veniret de hyſpania ducēs ſecū multos boues: Cacꝰ quoſdā boues herculis furabatur ꝛ traxit eos i ātrū ſuū retrorſū ꝑ caudas ne furtū pateret cū āt hercules q̄reret boues ꝑ mugitū vniꝰ bouis ꝑuenit ad antrū caci. q̄ extracto ipm iterfecit: cuiꝰ morte placata ē ira euādri. quē idē cacꝰ multū offēderat. vñ diē. Cacꝰ ſupple morte ſua quā paſſus ē ab hercule. ſatiauit. ideſt compeſcuit iras euandri quē cacus multum offenderat.

❡ Quoſq; pſſurꝰ. Hic ponit. xi. laborē herculis. Ubi notādū q̄ i archadia erat q̄dā aper deuaſtās totā regionez quē cū hercules agitaret: aper ſibi iſultās humeros herculis ſpuma maculauit. quē ap̄ꝛ tādē iterfeč. Uñ diē. Setiger. i. ap̄ gerēs ſetas. notauit. i. maculauit hūeros herclis. ſ. ſpuma vel ſaliua. q̄s humeros altꝰ orbis foret. i. erat pſſurꝰ. q̄ vt ſtati patebit. Hercules hūeris ſuis celū ſuſtl'it.

❡ Ultimꝰ celū labor ireflexo. H̄ pōit. xiz. ꝛ vltimū laborē eiꝰ. Ubi nōndū q̄ athlas fingiť fuiſſe q̄dā gigas ſuppōtās celū hūeris ſuis. H̄ fatigatꝰ rogauit herculē vt celū ſupportarz. q̄uſq; ipe r̄ſpiratz: qḋ ꝛ hercl'es feč ꝛ ꝑ h̄ celū meruit vnde dicit. Ultimus labor herculis fuit q̄ ſuſtulit. ideſt ſupportauit celum collo inreflexo. i. iclinato. ꝛ rurſus meruit celum tanq̄ ꝓcium vltimi ſui laboris.

❡ Ite nč for. ꝛč. hortať phia ad ꝓdcōꝝ fōitū viroꝝ. d. Ite nč fortes. reſiſtētes aduerſitatibꝰ. ite illic vbi ducit via celſa. i. ardua. magni hercul'. q̄ ē via v̄tutū ꝛ via magni exēpli ad aggrediēdū fortia: ꝛ tč iuehiť ɔ tardos ꝛ vicioſos. d. Cur vos iertes. i. hoies ſine arte. ſič hoies deſidioſi. cur nudatis ťga. i. dorſa vr̄a fugiēdo labores ꝛ aduerſa. nā tellꝰ. i. terrena ɔcupia ſupata donat hoi ſydera. i. celū: q̄ ſupata terrena ɔcupia efficiť hō dignꝰ celo: qḋ ē locꝰ deoꝝ ꝛ ſpūuz. Nā ꝰz ariſtotelē ꝑ celi ꝛ mūdi. Oēs eū locū q̄ ſurſuz eſt deo attribuūt ꝛ barbari ꝛ greci quicūq; putāt deuz eē. De quo loco dicit Plato i fedrone. Uiri ſpeculatiui viuētes ꝰm vitaz ɔtēplatiuaz. celeſtes ſedes recipiunt i q̄bꝰ felicitate deoꝝ potiuntur. qua felicitate nos faciat participes ieſus chriſtus q̄ eſt deꝰ ſuper oia bñdictꝰ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

❡ Explicit liber quartus. ❡ Incipit quintus.

❡ Proſa prima.

Iterat: orationiſq; curſum ad alia quedā tractāda ꝛ expediēda vertebat. B. Tum ego. Recta quidem inquam exhortatio: tuaq; prorſus auctoritate digniſſima. Sed q̄ tu dudum de prouidentia queſtionem: pluribus aliis implicitā eſſe dixiſti: re experior. Quero eni an eē aliq̄d oio: ꝛ q̄dnā eſſe caſuz arbitrere:

Iterat orōniſq; curſuz. Hic icipit q̄ntus liber Boetij de ɔſolatōe phie cuiꝰ hec ē ꝑma pſa: i q̄ phia vult ſoluere q̄dā dubia ſuā determinatōez ɔñtia d fato ꝛ ꝓuidētia: videť .n. ex dictis q̄ caſus nō ſit. q̄ ſi oia ſūt ꝓuiſa ita q̄ nihil eueniat ꝑter ordinē ꝓuidētie diue: videť q̄ nihil caſualiter eueniat. q̄ caſus importat euētū iopiatū. Item videť ex dictis q̄ liberū arbitriū nō ſit q̄ oia diſponuntur ſecundum ordinem fatalia neceſſitatis. liberū āt arbitrium neceſſitatē excludit. videť q̄ ſi poniť ꝓuidentia ꝛ fatum q̄ oino excludatur liberū arbitriū. Phia q̄ i pñti libro iq̄rit vtꝝ caſus ſit: ꝛ q̄d ſit: ꝛ iq̄rit vtrū liberuz arbitrium. ſupponendo argumenta quibus liberum arbitrium cuz ꝓuidentia diuina non videť poſſe ſtare. poſt hoc ponit falſaz ſolutionē quorūdam quā improbat ꝛ ponit ꝓp̄am quā rōnibus confirmat. ꝛ de eternitate determinat ꝛ alia plura ſicut patebit. Et diuiditur iſte liber i vndecim partes. q̄ ſex ſunt pſe ꝛ q̄nq; metra eiꝰ. que partes ꝛ q̄ ipſis determinanť patebunt in ꝓceſſu libri. In ꝑma pſa determinat de caſu. ꝛ ꝑmo boetius tangit acta phie cōmēdans eius exhortationes factaz: ꝛ mouet q̄ōnē de caſu. Scḋo phia excuſat ſe ab eiꝰ determinatōe. ꝛ boetius illam excuſatōez remouet. Tertio phia determinat de caſu: ſcḋa ibi. Tū illa feſtino. tertia ibi. Tum illa morē. Primo diē. phia dixerat hec ꝑdicta: ꝛ vertebat curſum orōnis. i. ſermonis ad tractāda quedam alia atq; expediēda. Tūc ego boetiꝰ inq̄. O phia recta ē tua exhortatio facta: ꝛ ꝓrſus eſt digniſſima auctoritate: ſed q̄ tu dudum dixiſti ſexta pſa quarti libri: q̄ſtionez de ꝓuidentia iplicitam. i. iplicatam eſſe pluribus alijs. ſ. q̄ſtionibus ego experior re. i. realiter: quero eni an arbitreris caſum oino aliq̄d eſſe ſupple i rerum natura: ꝛ q̄dnam arbitreris eſſe caſum ſupple i reꝝ natura. ❡ Notādū ꝑ h̄ q̄ diē boetius dixerat. innuit phiaz iā expediuiſſe q̄ ad ſui ſpeculationem ſpectabant: ꝛ ita determīaiſſe ꝑncipalē huiꝰ libri itētiōem ꝛ philoſophia v̄tebat curſuz orōnis. i. orōnem currentem: q̄ orō phie nō ipediebať ignorātia docētis: nec tarditate docētis: hāc orōnem v̄tebat ad q̄dā alia tractāda. q̄ aūt fuerūt illa boetiꝰ nō exꝑmit. q̄ forſitan ſua opīone minꝰ erāt deſideranda vel forſan ɔtrū ad ꝓpoſitum extnea.

❡ Notādū q̄ dicit exhortatōez phie fuiſſe rectā. q̄ phia hortabať ad v̄tutes ꝛ ad ɔtēptū fortuitoꝝ. talis āt exhortatio q̄ fit ad bonū ꝓſeq̄ndū ꝛ malū fugiendū recta eſt. ꝛ diē exhortatōez phie eē digniſſimā auctē. q̄ qḋ a ſapiēte dť auctoritate ſapientis dignū reputať.

❡ Tū illa feſtino inq̄t. Hic phia excuſat ſe de hꝰ opionis vel queſtionis determinatōe. Et boetiꝰ illā excuſatōem remouet dicēs. Phia iq̄t. Ego feſtino abſoluere. i. ꝑficere debitū ꝓmiſſionis. ꝛ aperire tibi viam qua reueharis ad patriam. Hec aūt que tu queris de caſu. ꝛſi ꝑ ɔ̄ſilis. ſunt ꝑ utilia cognitu. i. cognitōe. tamen pauliſper auerſa ſunt a

P. Tū illa feſtino inqt debitū ꝓmiſſionis abſoluere: viāq3 tibi q̄ patriā reuebaris aꝑire. Hec āt etſi ꝑutilia cognitu: tñ a ꝓpoſiti nři tramite pauliſꝑ auerſa ſunt. Verēdūq3 ē ne deuijs fatigatus ad emetiēdū rectu3 iter ſufficere nō poſſis. B. Ne id inq̄ ꝓrſus vereare. Nā q̄etis mihi loco fuerit ea qb⁹ maxime delector agnoſcere. ſimul cū oē diſputatōis tue latꝰ īdubitata fide ↄſtiterit: nihil ē: qđ de ſequētib⁹ ābigat. P. Tū illa. Morē inqt gerā tibi: ſimulq3 ſic exorſa ē. Siqdē īqt aliqs euētū temerario motu: nullaq3 cāꝝ ↄnexiōe ꝓductū caſū eē definiat: nihil oīo caſu3 eē ↄfirmo: ⁊ ꝑter ſubiecte rei ſignificatiōe3 inane3 ꝓrſus eē vocē decerno. Quis. n. cohercēte ī ordinē cūcta deo: locꝰ eē vllus temeritati reliquꝰ pōt? Nā nihil ex nihilo exiſtere vera ſētentia ē: cui nemo vnq̄ veteꝝ refragatꝰ ē. quāq̄ id illi nō ð opante pricipio ſ3 de materiali ſubo: hoc eſt oī3 ð nā rōnū: q̄ſi quoddā iecerit fūdamētū. At ſi nullis ex cauſis aliqd oriat: id ð nihilo ortū eē videt. Qđ ſi hoc fieri neqt: nec caſū qdē huiuſmodi eſſe poſſe ē qualem paulo āte diffiniuim⁹. B. Quid igr īquā. Nihil ne ē qđ vł caſus vł fortuitū iure appellari qat? An ē aliqd: tāetſi vulgus lateat: cui vocabula iſta ↄueniant? P. Ariſtoteles meꝰ id inquit in phiſicis ⁊ breui ⁊ veri

tramite. i. via nři ꝓpoſiti: ⁊ dic pauliſper. qꝛ nō ſūt totalr auerſa: ſ3 aliquātulū elucidāt ꝑmiſſa: ⁊ ē verēdū. i. timendū. ne tu fatigatꝰ deuijs. i. qōnibꝰ extneis. nō poſſis ſufficere ad emetiēdū. i. trāſeūdū rectū iter. dic boe. O phia ne illō vereare. i. nō timeas qꝛ h̄ fuerit mihi loco q̄etis: agnoſcere ea qbꝰ maxime delector. ⁊ cū oē latꝰ. i. circūſtātia tue diſpōis mihi cōſtiterit fide indubitata: nihil ē qđ ābigat de ſequentibꝰ. ¶ Notādum qđ dic q̄ via reuebaris ꝑriā3 hic patriā vocat btitudinē quā ꝑus iuenire docuit. Illa āt ꝑ q̄ hō ꝑuenit ad ipſā3 ſūt v̄tutes. de qbꝰ Boetius ītēdebat agere nō ī h̄ libro ſ3 ī vltimis libri muſice ſue agēdo ð muſica hūana. ītentōe3 āt ſuā nō cōpleuit. qꝛ a rege Theodorico morte ꝑuētus fuit.

¶ Tū illa morē īquit. Hic phia determīat de caſu ſoluēdo ꝑmiſſas cās ⁊ qōnes. Primo ſoluit ꝑmā an caſus ſit. ſcđo ſcđa3. qđ ſit caſus ibi. licet igr. Primo oñdit qđ ſignificet ꝑ nomē caſus. ponēdo opinionē q̄rūdā. Scđo iprobat illā opionē ibi. Quis. n. Primo dic. O boeti ego gera3 tibi more3. i. ↄfirmabo me volūtati tue. ⁊ ſilr ſic ē exorſa. i. ſic īcepit. ſi aliqs definiat q̄ ad nomē dicēs caſū eē euētu3 ꝓductū motu temerario. i. īprouiſo. ⁊ nulla ↄnexiōe cāꝝ. Ego phia affirmo caſū ſic oīno nihil eē. ⁊ decerno iudico vocē caſus ꝓrſus eē ianē. ꝑter ſignificatōem rei ſubiecte. ſicut hec vox chimera inanis eſt.

¶ Notādū qđ q̄uis qđ ſi ē ꝑcedit qōnē qđ eſt. ſm qđ q̄ſtio qđ eſt. q̄rit de qdditate rei. qꝛ qđ ē rei nulli debet niſi enti: tñ q̄ſtio qđ eſt querēs de q̄ qđ eſt nois ē ꝑma cognitio. ⁊ iō ex q̄ qđ eſt nois. oꝫ ſcire de aliq̄ ſi ē. ꝑꝑ h̄ phia ad q̄rendū de caſu vtrū ſit vel nō accipit qđ qđ ē qđ ſignificat per nomē. ⁊ dic. Si aliq dīt caſum eē euētū temerariū ſine oī cauſa ꝓductū. ego video vocē caſus eſſe inanem tanq̄ ſibi nihil correſpondeat in re.

¶ Quis. n. cohercēte. Hic phia iprobat opionē iſtā oñdēs caſū nihil eē ſm eā. ſcđo ſoluit qōnē ſm rei v̄itatē ibi. Ariſtoteles meꝰ. Prio ponit vnā rōnē. ſcđo aliā ibi. Nam nihil. Antiq dicebāt qđ caſus ē euētꝰ temerariꝰ. i. īprouiſus. Cōtra hoc arguit phia ſic. Vbicūq̄ oia ſūt ꝓuiſa ibi nihil ē temerariū. ſ3 oia q̄ ſūt ꝓuiſa ſūt a deo: q̄ īter ea q̄ ſūt nihil ē temerariū. Hāc rōnē breuiter inuit ī lrā dicēs. Quis. n. locꝰ vllus pōt eē reliquus. i. relictꝰ. temeritati. i. īprouiſioni. deo cohercēte cūcta ī ordinē. ſ. ꝓuiſu3. q. d. nullus.

¶ Notādum qđ oia a deo ſūt ꝓuiſa cuiꝰ rō ē. Quoꝝcūq̄ deꝰ eſt cauſa oia talia ꝓuiſa ſunt a deo. ſ3 deꝰ eſt cauſa ois entis. q̄ oia entia a deo ſunt prouiſa. Qđ autem deus ſit cauſa omnis entis patet quia ab ipa dependet celum ⁊ tota natura. vt patet ex duodecimo metaphiſice.

¶ Nā nihil ex nihilo exiſtere. Hic ponit aliā rōnē ꝓbantē qđ caſus nō pōt eē ſine oī cā ꝓductꝰ ſicut dicebāt ātiq: ⁊ arguit ſic. Qđ ē ex nihilo nihil ē. ſ3 qđ eſt ex nulla cā ex nihilo ē. ergo qđ ex nulla cā ē nihil ē. Sed ſm antiq̄s caſus ē ex nulla cā. qꝛ ē ꝓductꝰ ſine oī ↄnexione cāꝝ. q̄ caſus nihil eſt. Vñ dicit ī lra. Vera ſnia eſt cui nemo vnq̄ veterum refragatus ē. i. ↄtradixit. ſ. ex nihilo nihil. exiſtere: quāq̄ illi antiqui illam ꝓpoſitionem ex nihilo nihil exiſtere iecerint: i. poſuerint quaſi quoddā fundamentu3 non de operāte ꝑncipio: ſe3 de deo creatore. quia ille ex nihilo aliquid fecit. ſed intellexerunt hoc de materiali ſubiecto. i. de tota natura fūdata in materia. ⁊ exponit ſeipm dicens. hocē de nā oiu3 rōnū. i. ð mā q̄ ē ſubiectū formaꝝ nāliū. S3 ſi aliqd oriat ex nullis cauſis. id videt eē ortū ex nihilo. ſ3 hoc fieri neqt vt aliquid oriat ex nihilo. q̄ nō ē poſſibile caſu3 eē hō. i. talē qualem paulāte diffiniuimꝰ ſ3 antiq̄s. qđ ſi tenentꝰ temerariꝰ ſine ↄnexione cāꝝ. Quid q̄ dicēdū ē de caſu q̄rit boe. Eſt ne nihil ī reꝝ natura qđ iure queat. i. poſſit appellari caſus vel fortuitū vel ē aliqd. tāetſi ꝑ q̄uis. lateat vulgꝰ cui iſta vocabula cōueniāt. ¶ Notādū qđ hec ꝓpoſitio ex nihilo nihil exiſtere vera ē ī cōparatōe ad cām ꝑticularē. q̄ ī ſua actōe ꝑſupponit mām tñ ī cōꝑatōe ad cām vniuerſale3 q̄ ē cā totius entis nō eſt vera. Vnde dicimꝰ deum oia creaſſe ex nihilo ⁊ fide tenemꝰ. ſed antiq̄ iſto modo productōis per creationem non loquebantur. ſed primo modo. Vnde ariſtoteles primo phiſicoꝝ. Impoſſibile eſt aliqd fieri ex his q̄ ñ ſūt. de hac. n. opīone ↄueniūt oēs q de nā ſunt.

¶ Ariſtoteles meꝰ. id inqt ī phiſicis. h̄ phia ſoluit qōne3 de caſu ⁊ primo oſtendit eam eſſe ſolutam ab ariſtotele ⁊ oſtendit modum eius. ſcđo declarat qđ licet caſus non habeat cauſas per ſe: h3 tñ cauſas ꝑ accidēs ibi. Hec ſūt igit. Primo dicit ariſtoteles meꝰ. i. doctrina mea nutritꝰ ⁊ deditus definiuit caſu3 ī phiſicis. i. ī ſcđo phiſicoꝝ breui rōe ⁊ ꝓpinqua veri. i. veritati. ⁊ querit boetius. Quonā inquā mō. dicit phia. Quotiēs aliqd gerit. i. fit. grā cuiuſpiā rei. ideſt alicuiꝰ rei: ⁊ aliud obtingit quibuſdā de cauſis q̄ qđ ītendebat illud vocat caſus. vt ſi aliqs cauſa colendi agri fodiēs humū īueniat pōdꝰ auri defoſſu3: hec īuentio auri credit fortuitu. i. a caſu accidiſſe. veꝝ ꝑ ſ3. ta lr euētꝰ caſual nō ē de nihilo. i. de nulla cā. ſic dicebat diffō antiq̄ꝝ. nam euētꝰ caſualis h3 ꝓꝑas cās. q̄ꝝ ↄcurſus iopinatꝰ ⁊ iprouiſus ſupple ab eo qui aliqd fecit cā alterius rei. videt opatus eē caſum. niſi. n. cultor agri foderet humū q̄ ſup. foſſio

ē vna cā īuētōīs auri: ⁊ niſi eo loci.i.loco depoſitoꝛ obruiſſ ſʒ.i.abſcōdiſſet pecuniā ſuā:que ē alia cā inētōis auri:aurū nō eēt inuentū. ¶ Notādū ꝙ caſus ſɔʒ ariſto.ē qñ aliqd fit ꝓp aliquē finē:vt foſſio agri ꝓp ſemiatōeʒ.ſi aliqd aliō euenit ex qbuſdā cauſis ꝑter h̄ qd̄ itēdebat̄ h̄ ē caſus: vt inuētio theſauri caſualis ē que ñ itēdebat̄ a foſſoꝛe agri.

ſcdʒ ē trochaicū pēthametꝝ.vl' dactilicū pēthametꝝ. Jn q̄ phia oñdit quō euēt⁹ cālis ſe hʒ ad ꝓuidētiā diuā. Eſt āt m̄ ā exēpli.ꝙ tigris ⁊ eufrates ſūt duo fluuij ab eodē fōte ꝓcedētes.q poſtea abīuicē diuidūt̄.⁊ ſi iteꝝ ꝯcurrāt neceē naues ⁊ alia q̄ p iſta flumīa deferūt̄ cōcurrere.q qdē cōcurſus ꝓuenit inq̄ʒtū regūt̄ decurſu iſtoꝝ fluuioꝝ.⁊ tñ ē

Ex q̊ pʒ ꝙ iuētio theſauri ē cālis:nō iō ꝙ nō ē ꝓuiſa a deo.ſʒ qꝛ nō ē ꝓuiſa' ab hoīe:⁊ ita caſus:nihil ē q̄ ad deū:ſʒ ē aliqd q̊ ad hoiem ꝑter cui⁹ itentionem ⁊ ꝓuiſionem euenit.
¶ De ſūt igr̄.h oñdit phia ꝙ lʒ caſus hēat cās ñ tñ hʒ cās ꝑ ſe.ſʒ ꝑ accidēs dicēs. hc igr̄ ſūt cāe foꝛtuiti cōpēdij.i.foꝛtuiti euent⁹:quod foꝛtuitū ꝯpēdiuʒ ꝓuenit ex cauſis obuijs ⁊ ꝯfluentibus.nō ex itētōe gerētis: nō.n.ille q auꝝ obꝛuit.vel q agꝝ exercuit.i.fodit itēdit vt ea pecunia reperiretur:ſed vt dixi ꝑter gerētis itētōem euenit hūc fodere q̄ ille obꝛuit pecuniā.⁊ concurrit ſupple inuentio pecunie. ¶ Notādū ꝙ cā efficiēs nō agit niſi moueat̄ a fine. Finis aūt nō mouet niſi ſɔm ꝙ ē i intentione:et iō reſpectu illius effect⁹ q ē i intentiōe agēs ē cā ꝑ ſe:ſʒ ſi aliqd ꝯtigat i actōe ꝑter itētōeʒ agētis illi⁹ agēſ ē cā ꝑ accñſ.⁊ ſic caſus:qꝛ ꝯtigit ꝑter itētōʒ agētl:nō hʒ cām agētē ꝑ ſe ſʒ per accidens.
¶ Licet igr̄ definire. Dic phia ſoluit ſcdām qōnē oñdēdo qd ſit caſus. Concludit q̊ diffinitōem ei⁹ ex iaʒ dcis.d. Licet igr̄ dfinire caſuʒ eē euētū iopinatū ex cauſis ꝯfluētib⁹ i his q̄ gerūtur ob aliqd aliō. Tūc oñdit quō effect⁹ cālis cadit ſub oꝛdie ꝓuidētie.dcm̄ ē .n.ꝙ caſus ꝓuenit ex cauſis ꝯfluētib⁹. Oꝛ āt cāe ꝯfluant hoc ꝓuenit ex oꝛdine ꝓuidētie.vñ dic̄. Cās vō ꝯcurrere ⁊ ꝯfluere facit iſte oꝛdo ſupple fatalis ꝓcedēs ieuitabili cōnexione.ſ.cāꝝ.q deſcēdēs ſupple oꝛdo de fōte ꝓuidētie cūcta diſponit ſuis tꝑib⁹ ⁊ locis. ¶ Notandū ꝙ diffō caſus ē bona.qꝛ ꝑ cā caſus diſtiguit̄ ab alijs.ꝑ h̄ qd̄ dr̄.caſus ē euēt⁹ iopinat⁹.excludit̄ effect⁹ neceſſario euemēs.vl' vt freq̄nter ſic̄ ſolē oꝛiri vel hoieʒ naſci cū.5.digitis i vna manu. Talia.n.nō eueniūt caſualr̄ ⁊ iopiate.ꝑ h̄ qd̄ dr̄ ex ꝯfluentib⁹ cauſis.excludit̄ caſus ꝑmo mō dict⁹.q ſɔm antiq̄s ponebat̄ ꝓduci ex nulla ꝯnexione cāꝝ. Per hoc aūt qd̄ dr̄ i his q̄ gerunt̄ ob aliqd aliō ꝑ hoc excludit̄ a caſu cauſalitas ꝑ ſe.caſus.n.⁊ foꝛtuna ſūt cāe ꝑ accidēs.⁊ fiūt ꝑter itētōeʒ agētis. ¶ Metruʒ ꝑmū q̄nti libꝛi.
r Upis achemenie ſcopul'. Jſtō ē p⁹ illi⁹ q̄nti qd̄ dr̄ metꝝ elegaicū.⁊ ꝑmū metꝝ ē dactilicū exametꝝ

ꝓpinqua rōne definiuit. B. Quonam inquaʒ mō? P. Quotiēs ait aliqd cuiuſpiā rei grā gerit̄:aliudq̧ qbuſdā de cauſis.q̄ʒ qd̄ itēdebatur obtigit:caſus vocat̄. Ut ſi qs colēdi agri cā fodiēs humū defoſſi auri pōd⁹ iueniat. Hoc igr̄ foꝛtuito qdē credit̄ accidiſſe.veꝝ ñ de nihilo ē. Nā ꝓprias cās hʒ.qꝝ iprouiſus iopinatuſq̧ ꝯcurſus caſuʒ videt̄ opat⁹. Nā niſi cultoꝛ agri humū foderet.niſi eo loci pecuniā ſuā depoſitoꝛ obꝛuiſſet:auꝝ nō eēt inuentū. He ſunt igitur foꝛtuiti cauſe ꝯpēdij:qd̄ ex obuijs ſibi ⁊ cōfluentib⁹ cauſis:nō ex gerētis itētōe ꝓuenit. Nec̄ enim vel q auꝝ obꝛuit:vel q agꝝ exercuit.vt ea pecunia repiret̄ itēdit.ſʒ vti dixi quo ille obꝛuit hūc fodiſſe cōuenit atq̧ concurrit. Licet igi' finire dcaſū eē iopinatū:vt ex ꝯfluētib⁹ cauſis i his q̄ ob aliqd gerunt̄:euentū. Cōcurrere vero atq̧ ꝯfluere cās facit oꝛdo ille ieuitabili ꝯnexione ꝓcedēs:q de ꝓuidētie fōte deſcēdēs cūcta ſuis locis tempoꝛibuſq̧ diſponit.

¶ Metrum primum q̄nti libꝛi.

r Upis achemenie ſcopul' vbi verſa ſeq̄ntū
Pectoꝛib⁹ figit ſpicula pugna fugaꝝ
Tigris ⁊ eufrates vno ſeſe fonte reſoluunt:
Et moꝝ abiunctis diſſociātur aqs.
Si coeant:curſuſq̧ iteꝝ reuocent̄ i vnum:
Confluat alterni quod trahit vnda vadi.
Cōueniāt pupes.⁊ vulſi flumie trūci
Mixtaq̧ foꝛtuitos iplicet vnda modos
Quos tamē ipſa vagos terre declinia caſus.
Gurgitiſ ⁊ lapſi defluus oꝛdo regit.
Sicq̧ per miſſis fluitare videtur habenis
Foꝛs patit̄ frenos.ipſaq̧ lege meat.

ꝑter itētiōeʒ iſtoꝝ q regūt naues.eodē mō ꝯcurſus cāꝝ caſual'.q̄uis ſit ꝑter itētōeʒ ipoꝝ agētiū:tñ ꝯcurrūt ſɔʒ ꝯfluxū oꝛdis fatalis ex r̄gimie diue ꝓuidētie.⁊ q̄uis nob igr̄ātib⁹ oꝛdineʒ diue ꝓuidētie vidat̄ aliqd caſuale ⁊ foꝛtuitū.tñ i ꝯpatōe ad deū oīa ſ̄t oꝛdiata ⁊ ꝓuiſa.vñ dic̄ i lr̄a. Tigriſ ⁊ eufrates r̄ſoluūt ſe vno fōte ſcopul'.i.ex ꝯcauitatibuſ rupis achemēie.i.mōtl ꝑathie.vbi.ſ.i ꝑthia fugaꝝ pugna vſa ſpicl'a.i.ſagittas figit pectoꝛib⁹ ſeq̄ntū.ē.n.cōſuetudo ꝑthoꝝ ꝙ fugiēdo pugnāt ſagittādo a tergo ꝯ iſeq̄ntes.⁊ moꝝ.i.ꝑuū poſt ſpaciū tigrl ⁊ eufrateſ diſſociāt̄ abiūctl aqs ſup.alijs.⁊ ſi dci fluuij iteꝝ coeāt.i.cōueiāt.⁊ ruocēt̄ i vnū curſū ꝯfluat.i.oʒ ꝯflcr̄.illō qd̄ vnda alt'ni vadi.i.vtriuſq̧ flu. mīs.trahit.i.ſecū duc̄.⁊ cōueiāt pupes ⁊ trūci. vl'ſi.i. eradicati.flumie.i.ꝑ flumē ⁊ vnda mixta.i.ꝯfluēs.iplicet.i.iplicabit fōꝛtuitoſ modoſ.qꝛ vnda faciet ꝯcurrer̄ foꝛtuitu naues ⁊ trūcos.q̊s tñ vagos caſus.i.caſuales euēt⁹.r̄git ipa declinia tre.i. dꝑſſio t̄re dās viā fluuio.⁊ dflu⁹ oꝛdo lapſi gurgitis.i. currētl aq̄ r̄git illos vagos curſuſ.⁊ ita ē d euētu caſuali r̄ſpcū ꝓuidētie:vñ dicit. Foꝛs.i.caſus vl' foꝛtūa q̄ vr̄ fluitar̄ ꝑmiſſis ha.i.ſine regic.illa patit̄ fre.i. regimia ⁊ meat.i.trāſit ipſa le.i.per ipaʒ legē diue ꝓuidētie.

¶ Nō ꝙ ſcribit̄ i geneſi. Tigris ⁊ eufrates ſūt flumia q̄ꝝ oꝛt⁹ ē i ꝑadiſo. Sʒ hiero.auc̄te Saluſtij dic̄.ꝙ oꝛt⁹ Tigris ⁊ eufrates demōſtrat̄ i armenia.i.i ꝑthia.cui videt̄ hoc.cōſētire. Beat⁹ āt aug.ſup geneſiʒ ad lr̄aʒ iſtā ꝯrietatē ꝯcoꝛdat dicēs. Jllud ꝯtigit i iſtis flumib⁹ qd̄ i alijs expimur.ſ. ꝙ aliqñ abſoꝛbet̄ a terra ⁊ iteꝝ oꝛiūt̄:⁊ qꝛ h̄ ſepe pōt ꝯtigere.iō d oꝛtu ipoꝝ fluuioꝝ diuerſa pñt dici. Qñ.n.moyſes dic̄ i geñ.ꝙ oꝛiūt i ꝑadiſo pōt itelligi d ꝑma origiē coꝝ ſʒ qd̄ dr̄ ab alijs ꝙ al's oꝛiāt̄ pōt itelligi d oꝛtu coꝝ ſcdario.
¶ Notādū ꝙ ꝑthia ē regio q̄dā q̄ alio noie dr̄ achemēia vñ dr̄r.hoīes ꝑthi q vicūt hoſtes ſuos fugiēdo. ſagittas a tergo mittēdo.⁊ ſic amoꝛ vicēd⁹ ē fugiēdo.vñ poeta dixit q̄ ſpē mr̄is cedit victoꝛia ꝑthis.cipsea ꝑte ſili q̄ʒ vicit̄ arte cipſ.i.ven⁹ q̄ colebat̄ i cipꝛo.⁊ ꝑaup hē.ꝑſcribas igr̄ gladijs ⁊ fuſtib⁹ ipʒ ſup.amoꝛē.⁊ fugiēdo fuga quē fuga ſola fugat

¶ Proſa ſecunda quinti libri.

a Animaduerto inqȝ. Hic icipit pſa ſcḋa hui⁹ qnti l. q̄ icipit determinare de ꝯueniētia liberi arbitrij ad ꝓuidētiā diuinā. Et p̄mo q̄rit an liberū arbitrium poſſit ſtare cū ꝓuidētia diuina: ⁊ phia ꝓbat liberū arbitriū eē. ſcḋo oſ̄dit quō diuerſificat̄ i diuerſis: ⁊ tertio oſ̄dit act⁹ liberi arbitrij cade/re ſub ꝓuiden/tia diuina: ſcḋa. ibi. Sed hāc. ſcḋa ibi. Que tñ. Primo dic̄ Animaduerto in/qȝ. i. cognoſca. quō caſus ſtat cum ꝓuidētia ⁊ ita ꝯſentio ſicut dixiſti. et querit boeti⁹. Eſt ne vlla li/bertas arbi/trij i hac ſerie cauſarum ſibi herentiū: an fatalis cathe/na. i. fatal̄ ne/ceſſitas ꝯſtrin/git mot⁹. ideſt affectus. hūa/noꝝ animoꝝ. Tunc phia ꝓ/bat liberū ar/bitrium eē di/cēs. Libertas

¶ Proſa ſcḋa libri quinti.

a Animaduerto inquam: idqȝ vti tu dicis ita eē cō ſentio. ſed in hac herentium ſibi ſerie cauſaꝝ eſt ne vlla noſtri arbitrij libertas: an ipſos quoqȝ humanoꝝ motus animorū fatalis cathena conſtringit? P. Eſt inquit. Neqȝ. n. fuerit vlla rationalis natura quin eidem libertas aſſit arbitrij. nam quod ratione vti naturaliter poteſt: id habet iudicium quo quodqȝ diſcernat per ſe. igitur fugienda optandaue dinoſcit. Quod vero quis optandū iudicat eſſe: petit. Refugit vero quod exiſtimat eē fugiendū. Quare quibus ineſt rō: ipſis etiā ineſt volendi nolēdiqȝ libertas. Sed hanc non in oibus equā eē cōſtituo. Nā ſupernis diuiniſqȝ ſubſtātijs ⁊ perſpicax iudiciū: ⁊ incorrupta voluntas: ⁊ efficax optatoꝝ preſto eſt poteſtas. Humanas vero aīas liberiores quidē eē neceſſe eſt: cum ſe in mentis diuine ſpeculatione conſeruant: min⁹ vo cū dilabunt̄ ad corpora: minuſqȝ etiā cū terrenis artub⁹ colligant̄. Extrema vero eſt ſeruit⁹: cū vicijs dedite rōis ꝓprie poſſeſſiōe ceciderint. Nam vbi oculos a ſūme luce veritatis ad inferiora ⁊ tenebroſa deiecerint: mox inſcicie nube caligātur: pernicioſis turbātur affectibus. Quibus accedēdo conſentiendoqȝ quam inuexere ſibi adiuuāt ſeruitutē: ⁊ ſūt quodāmō ꝓpria libtate captiue.

arbitrij ē nō obſtante p̄dicta ꝯnexione cāꝝ. neqȝ. n. fuerit. i. ideſt. eē poterit vlla rōnalis natura qn libertas arbitrij eidem aſſit. ⁊ accipit̄ h̄ rōnalis natura large ꝓ oī eo quod hȝ cognitōem itellectiuā. ꝓbat aūt ꝙ omni nature rōali iſit liberū arbitriū dicens: Illud qḋ pōt nāl'r vti rōe: id hȝ iudiciū quo diſcernat vnūqḋqȝ. igit̄ ꝑ ſe. dinoſcit. ideſt diſcernit fugiēda ⁊ optanda. qḋ aūt qs iudicat optandum id petit. i. ꝓſeq̄t̄. ⁊ refugit illud quod eſtimat fugiēdū.

¶ Quare qb⁹ ieſt rō: illis ieſt libertas volēdi ⁊ nolēdi. poteſt. ꝰ ſic rō formari. Oē quod pōt vti rōe hȝ iudiciū cognoſcendi fugienda ⁊ optāda. ſȝ qḋ qſqȝ iudicat optādū ꝓſequtur. ⁊ qḋ iudicat fugiēdū. hoc refugit. ꝰ omne qḋ pōt vti rōne hȝ libtatē volēdi ⁊ nolēdi. ¶ Nōndū ꝙ dic̄ illḋ qḋ vtit̄ rōe hȝ iudiciū q̄ diſcernat vnūqḋqȝ. h̄ dic̄ ad differētiā iudicij naturalis. quod ē i brutis. q̄ nō iudicat̄ vnūqḋqȝ agendū ſȝ aliqḋ ꝑticulare. ſic ouis nō iudicat de q̄libet fugiēdo. ſȝ tm̄ de lupo. ⁊ apes nō hn̄t iduſtriā ad faciēdū aliqḋ opus. niſi ad fauos mellis. ſȝ iudiciū rōnis ē de q̄lib; que aguntur. ¶ Notandum ꝙ dic̄ ꝙ hn̄s rōnis iudiciū ꝑ ſe iudicat ꝓſeq̄ndū vel fugiēdū. licȝ. n. bruta quodāmodo cogſcāt fugiēda vel ꝓſeq̄nda. nō tñ ꝑ ſe. q: nō ſūt cā iudicij. Hō aūt nō ſolū cogſcit finē ⁊ ordiat ad finē. ſȝ cogſcit ea vlt ꝑ modū collatōis ⁊ ꝑ modū ſyllogiſticū ē. hō ſuū iudiciū iudicat ⁊ diſcernit. q: itellect⁹ ē vt⁹ ꝯuerſa ſupra ſe.

¶ Sed hāc nō i oib⁹. Hic oſ̄dit phia quō liberū arbitriū diuerſificat̄ i diuerſis. ſ. i angelis ⁊ hoībus dicens. Hāc. ſ. libertatē arbitrij nō cōſtituo eē equā. i. equalē i oibus. q: maior ē i ſubſtātijs diuinis qȝ i hominibus. Nam ſupernis ⁊ diuinis ſubſtantijs ieſt perſpicax iudicium. ideſt ifallibile iudicium. ⁊ ieſt eis icorrupta voluntas. ideſt iflexibilis ad malum. ⁊ i eis eſt preſto. ideſt parata. efficax poteſtas optatorum. q: non eſt i eis ipedimentum executōis

aīas vero humanas neceſſe eſt eſſe liberiores. quādo cōſeruant ſe i ſpeculatione diuine mentis. minus vero libere ſunt cum dilabunt̄ ad corpora. ideſt ad curam reꝝ corporalium ⁊ adhuc minus libere ſunt cum colligant̄ terrenis artub⁹. i. affectib⁹. qb⁹ min⁹ reſiſtere poſſunt paſſionibus iſurgētib⁹. Extrema vo. i. maxima ē ſeruit⁹ aīaꝝ. qn̄ dedite vicijs ceciderit a poſſeſſione ꝓpe rōnis. qua regi. i. dirigi deberēt i agendo. Naȝ vbi. i. Poſtqȝ anie deiecerit oculos rōnis. ⁊ itellectus a luce ſūme vitatis. ad īferiora ⁊ tenebroſa. i. ad terrēa et carnalia. mox caligant̄. i. obſcurant̄ nube iſcitie. i. ignorantie. et turbantur ꝑnicioſis affectib⁹. i. paſſiōib⁹. qbus accedendo ⁊ ꝯſentiendo adiuuant. i. augmētant ſeruitutē. quā ſibi iuexere. i. induxerunt. ⁊ anime vicioſoꝝ ſunt quodāmō captiue ꝓpa libertate. ¶ Notādū ꝙ liberū arbitriū ē libertas iudicādi ⁊ exeq̄ndi res. Uel ſm̄ boetiū ſuꝑ p̄mo ꝑiarmenias. liberū arbitriū eſt de voluntate iudiciū aī nullo extriſeca aut violēter cogēte aut violēter ipediēte: nullo cogēte ad faciendum quod diſplicet nullo impediente ne fiat quod placet. ¶ Notandum ꝙ liberū arbitrium i duobus conſiſtit i libertate iudicandi. ⁊ i libertate exequendi iudicata. Primum. ſ. libertatem iudicandi impedit ignorantia ſed libertatem exequendi impedit impotentia executōis ⁊ corruptio voluntatis. Quandoqȝ. n. poſſumus bonū ꝑficere: tamen voluntate corrupta vicio non perficimus. In ſubſtantijs autem ſeparatis non eſt ignorantia iudicandi nec impotentia perficiendi: nec corruptio voluntatis. ergo i eis eſt maxima libertas arbitrij. Intelligentie enim i nullo fallunt̄. ergo habent perſpicax iudiciū ⁊ nunqȝ volunt niſi bonum. ergo i eis eſt icorrupta volūtas ⁊ paſſūt perficere qcqd deſiderant. ergo i eis eſt efficax poteſtas optatoꝝ. ¶ Notandum. ꝙ quidam dixerunt fuiſſe de itentione platonis animas humanas ſimul eſſe creatas i celo. ⁊ poſtea deſcēdere i corpora ⁊ i eis detineri tāqȝ i vinculis. ſm̄ illos grad⁹ libertatis aīaꝝ humanaꝝ q̄s ponit i l'ra ſic diſtiguunt̄. ſ. ꝙ cū ſint i celo create i ꝯtemplatōe diuine mentis ſunt maxime libere. cum autem deſiderio corporum incipiunt deſcendere ad corpus ſunt minus libere. cum autem iam ſunt colligate corporibus adhuc ſūt minus libere. ſed minima libertas eſt i eis quādo ſubdūtur vicijs. iſta tamen expoſitio non tenet ſcḋm veritatem. Ideo aliter exponitur ꝙ illas animas neceſſe eſt eſſe liberiores que contemplatōi diuine iſeruiūt vt aīe virtuoſoꝝ ⁊ contemplatiuoꝝ quoꝝ cōuerſatio i celis eſt. Ille aūt ſūt minus libere que dilabuntur ad corpora. i. que deſcēdūt

ad curā rex̄ tēpaliū. ſicut ſunt practici q̄ negociāt̄ circa bona tēpalia ad cōmunē vtilitatē diſpenſanda. ad huc min⁹ libere ſūt aīe q̄ terrenis artub⁹ colligant̄. i. q̄ deſcēdūt ad curādū ꝓpꝛium corp⁹ et ad ꝓpꝛiam vtilitatē minime āt libere ſūt q̄ ſubdite vicijs rōnē amittūt. vicioſus nō vnius tm̄ dn̄ie ſeru⁹. ſ3 tot dn̄oꝝ q̄t viciox̄ ſm̄ beatū auguſtinū.

ture libere ſeruiētea: ſic hō ⁊ āgel⁹. q̄ꝫ ſi eēnt ſole creature ſeruiliť opantes: cuiuſmodi ſūt oēs creature p̄ter hominē ⁊ angelū. q̄ ex determinatōe nature. necitant̄ ad ſua opa.

℄ Proſa tertia quinti libri.

t Um ego. En inc̄. Hic incipit tertia proſa huius quinti. in qua Boetius obycit. contra predicta: oſtēdens non poſſe ſimul ſtare prouidentiā et liberum arbitrium. Et primo premitit q̄ dicta poſſūt habere dubitationem. ſecundo ponit rationem dubitationis ibi. Nimium inc̄. Primo dicit. Tum ꝑ tunc finitis p̄dictis Ego boetius inc̄. O philoſophia rurſus ego confundor difficiliori ambiguitate. Et querit philoſophia. quenam ē iſta ambiguitas. iam enim coniecto. idest iudico. quibus tu perturbare idest perturbaris.

℄ Quę tamē ille. Hic oſīdit ph̄ia quō act⁹ liberi arbitrij cadunt ſub ꝓuidentia diuina. q2 propter hoc q̄ diuina cognitio ſe extēdit ad oīa dicens. Que oīa dicta quo ad diuerſos gradus libertatis. ⁊ q̄ ad oēs act⁹ ſide ꝓuenientes. cernit ille ītuitus ꝓuidētia diuina cūcta ꝓſpiciens. ⁊ q̄ q̄ p̄deſtinata diſponit ſuis meritis reddēdo. bonis bōa ⁊ malis mala. ⁊ hoc ꝯfirmat auctoritate greca que ſonat in latino. Oīa videt de⁹ ⁊ oīa audit. vl̄

Quę tm̄ ille ab eterno cūcta ꝓſpiciēs ꝓuidētie cernit ītuit⁹. ⁊ ſuis quęq3 meritis p̄deſtinata diſponit. oīa videt ⁊ oīa audit.

℄ Metx̄ ſecundum quinti libri.

p Uro clax̄ lumīe phebū
Melliflui canit oris homerus.
Qui tm̄ intima viſcera terre
Non valet aut pelagi radiox̄
Infirma pertumpere luce.
Haud ſic magni cōditoꝛ orbis.
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terre mole reſiſtunt
Non nox atris nubib⁹ obſtat.
Que ſint: que fuerint: veniātq3
Uno mentis cernit in ictu.
Quē quia reſpicit oīa ſolus
Uex̄ poſſis dicere ſolem.

℄ Proſa tertia quinti libri.

t Um ego. En inc̄ difficiliori rurſus ambiguitate confundoꝛ. P. Quenam inquit iſta eſt: iam. n. quibus perturbare coniecto. B. Nimium ī q̄ aduerſari ac repugnare videt̄ p̄noſcere vniuerſa deum: ⁊ eſſe vllum libertatis arbitrium. Nā ſi cuncta ꝓſpicit deus: neq3 falli vllo modo poteſt: euenire neceſſe eſt qđ prouidentia futurū eē p̄uiderit. Quare ſi ab eterno: nō facta hoīum modo: ſed etiā cōſilia voluntateſq3 prenoſcit: nulla erit arbitrij libertas. Neq3 enim vel factū aliud vllum vel quelibet exiſtere poterit voluntas: Niſi quam neſcia falli prouidentia diuina preſenſerit. Nā ſi aliorſum q̄ꝫ ꝓuiſa ſunt detorqueri valent: non iam erit futuri firma preſentia: ſed opinio potius incerta: quod de deo nephas credere iudico. Neq3. n. illā pro

ſm̄ alios ſonat. de⁹ illuſtrāt oīa clari⁹ q̄ꝫ ſol. ℄ Notādū q̄ l3 oīa diuina ꝓuidentia ab eterno oīa ꝓſpexerit. non tm̄ ꝓpter hoc neceſſitat̄ libex̄ arbitriū ad faciēdū bonū vel malū. q2 ſm̄ ariſto. 3. eth. hō ē dn̄s ſuarū operationum a p̄ncipio vſq3 ad finem. ⁊ ergo ſcđm merita opatōum liberi arbitrij recipit penā vl̄ p̄miū. ℄ Metx̄ ſcđm quinti libri.

p Uro clax̄ lumīe phebū. Iſtud ē metx̄ ſecundum huius quinti qđ dr̄ archiloicū ab īuētore dactilicum a pede p̄dominātę. i q̄ ph̄ia cōmendat excellētiā diuine cognitōis. i ꝯparatōe ad ſolē mālem dicens. Homerus oris melliflui. i. dulcis eloq̄ntie. canit. i. deſcribit phebū. i. ſolē clax̄ puro lumine. forſitan. n. homer⁹ fecit librū de claritate ſolis. q. ſ. ſol nō valet ꝑrumpere. i. penetrare. intima viſcera. ideſt profunda terre. ⁊ pelagi. ideſt maris. Infirma. i. debili luce radiox̄. haud ſic. i. nō ſic hab3 ſe cōditoꝛ magni oꝛbis. ſ. de⁹. ſ3 ipe ſua cognitōe penetrat oīa: cū nihil poſſit ipm̄ latere. huic. ſ. ꝯditori tuenti. i. reſpiciēti cūcta. ex alto. ſ. celo. terre ſibi reſiſtūt. nulla mole. i. magnitudine. ſicut obſiſtūt radijs ſolis. nec etiā nox obſcura obſtat ſibi atris nubib⁹ imo ī vno ictu mentis. i. ī vnico mentali ītuitu. cernit q̄ ſūt q̄ꝫtū ad p̄ntia. q̄ fuerūt q̄ꝫtū ad p̄terita que veniūt q̄ꝫtum ad futura. quē. ſ. ꝯditorē. q2 reſpicit oīa ſolus. tu poſſis dicere vex̄ ſolē. ℄ Notādū l3 deus oīa cogſcēdo p̄uideat etiā illa q̄ fiūt ex libero arbitrio: voluit tm̄ q̄ſdā creaturas eē liberi arbitrij. q2 h̄ magis decet diuinā bonitatē. ſicut. n. meli⁹ ⁊ nobili⁹ ē regnū ī quo nō tm̄ ſeruit̄ regi a ſeruis ſed etiā a liberis. q̄ꝫ vbi tm̄ ſeruit̄ a ſeruis. Sic meli⁹ erit regnū dei ⁊ decēti⁹ ex h̄ q̄ ſūt aliq̄ crea

baris. ℄ Notādum q̄ coniectare eſt ex aliquibus ſignis aliquid putare. ⁊ ſic philoſophia coniectat per locum a cōmuniter accidētibus dubitationē boetij. q2 cōmuniter quicunq3 loquebantur de prouidentia et libero arbitrio dubitant de compaſſibilitate eorum.

℄ Nimiū inc̄. Hic boeti⁹ exp̄mit ſuā dubitatōē3 oſtēdēs ꝓuidētiā ⁊ libex̄ arbi. eē icōpaſſibilia. Primo fac̄ h̄. ſcđo excludit quaſdā vias qb⁹ aliq conabant̄ defēdere ꝓuidētiā. ibi. Quid igr̄. Ad ꝓbādū ǵ icōpaſſibilitatē p̄dictox̄ ponit tres rōes. ſcđa ibi. Ad hec. tertia ibi. Poſtremo. Prio ponit p̄mā rōnē. ſcđo excludit q̄ndā ſolutōē3 ei⁹. ibi. Neq3. n. Primo mō dic̄. Nimiū videt̄ aduerſarij ⁊ repugnare deū p̄noſcere vniuerſa. ⁊ eē vllū libertatis arbitrium. Qr āt iſta repugnāt: ꝓbat. nā ſi de⁹ ꝓſpicit cūcta. neq3 vllo mō falli pōt. nece ē euenire illud qđ ꝓuidētia p̄uiderit eē futux̄: qđ ſi nō eueniret falleret̄ ꝓuidētia. Quare ſi ab eterno nō mō. i. nō tm̄ facta hoīu3. ſ3 ēt ꝯſilia ⁊ voluntates p̄noſcit. nulla erit libertas arbitrij: ſ3 oīa euenirent de neceſſitate. Qr autē de⁹ ſua ꝓuidentia oīa p̄cognoſcat declarat. Neq3 eni3 poterit exiſtere aliquod factum vel aliqua voluntas niſi quam preſenſerit. ideſt preſciuerit ꝓuidentia diuina. neſcia. ideſt non potens falli. nec poſſunt aliter euenire q̄ꝫ preuiſa ſunt. nam ſi valent detoꝛqueri aliorſum. ſcilicet vt aliter eueniant q̄ꝫ preuiſa ſunt. non erit iam firma preſcientia dei. ſed potius erit incerta opinio. quod iudico nephas credere de deo. Notandum q̄ ex littera ſic formatur ratio. Illa que prouidentur īfallibiliter de neceſſitate eueniunt. ſed omnia prouident̄ a deo

ĩfallibiliter.ergo oĩa de neceſſitate eueniũt.⁊ ſic perit li/bertas arbitrij:¶ Notãdũ ꝙ ſcia dei nõ ē opinio.qꝛ opi/nio ē eoꝝ q̃ ſic ⁊ alr̃ ſe poſſunt hr̃e.ex p̃mo poſterioꝝ. ſcia aũt ē eoꝝ q̃ nõ pñt ſe alr̃ hr̃e.g̃ ſcia dei nõ ē dicẽda opinio. ¶ Neqꝫ.n.illã ꝓbo rõnẽ.hic ph̃ia excludit q̃ndã rñſionẽ q̃ poſſet dari ad p̄dictã rõnẽ.Et p̃mo ponit eã.ſcdo eã ex/cludit ibi.

bo rõnẽ:qua ſe qdã credũt hunc queſtiõis nodũ poſſe diſſoluere Aiũt.n.nõ ideo qd eē euenturũ q̃m id ꝓuidẽtia futuꝝ eē ꝓſpexe rit:ſed ecõtrario potius: qñ oniã qḋ ſutuꝝ ē id diuinã ꝓuidẽtiã la/tere nõ poſſit. Eoqꝫ mõ neceſſa/riũ ē hoc ĩ ↄtrariã relabi ꝑtem: Neqꝫ.n.neceſſe ē ↄtigere q̃ pre uident: ſꝫ neceſſe ē q̃ futura ſunt ꝓuideri. Quaſi ṽo que cuiuſqꝫ rei cauſa ſit p̃ſcia:ne futuroꝝ ne ceſſitas ſit:an futuroꝝ neceſſitaſ cã ꝓuidẽtie laboreẽ. Ac nõ illud dmõſtrare nitamur quoquo mõ ſe hẽat ordo cãꝝ: neciũ eſſe euen tũ preſcitaꝝ reꝝ:etiã ſi p̃ſcia fu/turis reb⁹ eueniendi neceſſitatẽ non videat̃ ĩferre. Et eniꝫ ſi quiſ piã ſedeat:opinionẽ q̃ eũ ſede/re ↄiectat verã eē neceſſe ē. Atqꝫ ecõuerſo rurſus ſi de quo piã ve/ra ſit opinio quoniã ſedet: eũ ſe/dere neceſſe ē. In vtroqꝫ igit̃ ne/ceſſitas ĩeſt:ĩ hoc qdẽ ſedendi:at vero ĩ altero veritatis. Sed non ĩccirco quiſqꝫ ſedet:quoniã ve ra eſt opinio:ſed hec potius ve/ra ē:quoniã qnẽpiã ſedere p̄ceſ/ſit. Ita cum cauſa veritatis ex al tera pte ꝓcedat:ĩeſt tamẽ cõis ĩ vtroqꝫ neceſſitas. Siĩia de ꝓui/dentia futuriſqꝫ rebus rõcinari patet. Nam etiã ſi iccirco quo/niam futura ſunt ꝓuident̃: non vero ideo quoniã ꝓuident̃ eueni unt:nihilomin⁹ tñ a deo vel ven/tura ꝓuideri vl̃ ꝓuiſa euenire ne/ceſſe ē.qḋ ad perimẽdã arbitrij libertatẽ ſolum ſatis eſt. Iam ve ro q̃ p̄poſterũ eſt vt eterne pre/ſcie tpaliũ reꝝ euẽt⁹ cã eē dicat̃. Quid ē aũt aliud arbitrari:iõ deũ futura q̃m ſunt euentura ꝓuide/re:q̃ putare que olim acciderĩt cauſam ſumme illius eſſe proui/dentie: Ad hec ſicuti cum quid eſſe ſcio idipſũ eē neceſſe eſt:ita cũ qd futurũ noui:idipꝫ futurũ eē nccẽ eſt.ſic fit igit̃ vt euentus

Quaſi ṽo. Pu mo dicit. Ne/qꝫ.n.ꝓbo.i.ap probo illã rõ/nem:i.rñſionẽ qua qdam cre dunt ſe poſſe diſſoluere no dum.i.difficl/tatem qõnis: Aiunt.n.non ideo quid eſſe venturũ:q̃m ꝓuidentia ꝓ/ſpexerit illud eſſe futurũ.i. venturũ.ſed potius ecõtra rio.i.econuer/ſo.quoniam quod futurũ eſt:illud ñ poſ ſit latere proui dentiam diuinã q̃ſi dicat.euẽ/tus rei eſt cau ſa preſcientie. ⁊ non econuer ſo.⁊ iõ ex euen tu debet ↄclu di neceſſitas p̄ ſciẽ:non ecõn uerſo.ſm eos.

Et iſto mõ neceſſariũ eſt.hoc.ſ.quod concludit̃ d̃ euẽ tu.relabi ĩ cõtrariam partẽ.ſ.vt qḋ ↄcludit̃ de euẽtu.hoc ↄcludat̃ d̃ p̄ſcia. Neqꝫ.n.neceſſe ē ↄtingere q̃ ꝓuident̃ ſꝫ eos.ſed que futura ſunt neceſſe eſt ꝓuideri. ¶ Notãdũ ꝙ pꝰ rõ p̄cedebat ꝙ oĩa futura d̃ neceſſitate eueniãt.qꝛ deus futura ĩfalibilr̃ ꝓuidet.reſpõſio aũt quorũdam dicit ↄriũ. Dic̃.n.nõ ideo qꝛ deus preuidet futura neceſſario eueniunt:ſed qꝛ ventura ſunt ideo deus ea ꝓuidet. ¶ Quaſi vero. Hic excludit iſtã rñſionẽ dicẽs. Iſta rñſio ꝓcedit q̃ſi laboraret̃ q̃rendo cuius rei cã ſit p̄ſcia. vtrũ ſit cauſa neceſſitatis futuroꝝ: vel vtrũ neceſſitas futurorũ ſit cã ꝓuidentie.ſed nos nitamur.i.laborem⁹ d̃ demõſtra re.ſ.neceſſariũ eē euẽtũ reꝝ p̄ſcitaꝝ.quoq̃ modo.i.q̃cũqꝫ mõ ſe habeat ordo cãꝝ.Etſi ꝓ q̃uis.p̄ſcia non videat̃ ĩfer re neceſſitatem eueniendi rebus futuris. Quod declarat ĩ exemplo dicens. Si aliquis ſedeat:neceſſe eſt opinionẽ eſſe veram que ↄiectat eũ ſedere.⁊ econuerſo ſi de aliquo vera ſit opinio quia ſedet neceſſe eſt eum ſedere.igitur in vtroqꝫ.ſ.in opinione ⁊ ſedente eſt neceſſitas.in hoc.ſ.ĩ ſe/dente eſt neceſſitas ſedendi.in altero.ſ.in opinione eſt ne ceſſitas veritatis.ſed non idcirco q̃ſqꝫ ſedet ſupple cauſa/liter.quoniam vera eſt opinio.qꝛ veritas opinionis nõ ē cauſa ſeſſionis.ſed hec.ſ.opinio potius eſt vera.quoniam preceſſit quẽpiam.i.aliquem ſedere.⁊ ita cũ cã veritatis ex altera parte ꝓcedat.tñ in vtroqꝫ eſt cõis neceſſitas. et eodem mõ ↄtingit arguere de ꝓuidẽtia ⁊ de his que ꝓui/dentur.vnde dicit.patet.i.manifeſtum eſt.rõcinariõ ꝓui dentia ⁊ de rebus futuris. Nam etſi ꝓ q̃uis idcirco ꝓui/dent̃:quoniam futura ſunt.nõ tñ ideo eueniunt q̃m ꝓui/dentur.nihilominus tñ neceſſe eſt a deo vel ventura ꝓui deri:vel ꝓuiſa euenire.ita ꝙ vtriqꝫ parti ineſt neceſſitas q̃uis alterius cãlitas. quod ſoluꝫ ſatis eſt. ideſt ſuffic̃ ad perimendam libertatem ar bitrij. ¶ No/tandum ꝙ rñ ſio iſta quã ĩ/nuit in littera videtur fuiſſe ipſius Origẽ/nis. qui ſupra epiſtolam ad Ro.ſic dicit. Non ꝓpterea aliquid erit. quia illud de⁹ ſcit futurũ:ſꝫ quia futurum eſt ideo ſcitur a deo anteqꝫ fiat. Quod ta/men poteſt in telligi dupli/citer. vno mõ ꝙ euẽt⁹ rei ſit cauſa preſcie ſm rationem ↄſequentie. et ſic reſponſio ē vera. Alio mõ poteſt intelli/gi ꝙ euentus rei ſit cauſa preſcientie ſm exiſtentiã.⁊ ſic eſt falſa.⁊ hoc modo improbatur hic a boetio. Primo ergo oſtendit boe ti⁹ ꝙ iſta rñſio non eſt ad ꝓpoſitum. ſcdo oñdit ꝙ non ĩ/cludit veritatem ibi. Iam vero.

¶ Iã ṽo.h ph̃ia oñdit ꝙ iſta rñſio ĩcludit falſitatẽ.qꝛ po nit ꝙ aliqḋ tpale ſit cã eterni.dñt.n.ꝙ res future ſint cã ꝓ uiſionis eterne.vñ dic̃. Iã ṽo p̄poſteꝝ ē.i.ꝑuerſũ ē.vt euẽ tus reꝝ tpaliũ.dicat̃ eē cã etẽrne p̄ſcie.qḋ dicitur in iſta reſponſione.vñ ſubdit. Quid eſt aliud arbitrari deum:iõ ꝓuidere futura quoniam ſunt euentura.q̃ putare q̃ olim acciderunt.ſ.ipſa futura eſſe cãm ſumme prouidentie.q. d.nihil eſt aliud dicere. ¶ Notãdũ ꝙ nullũ tpale ē cauſa eterni ſꝫ poti⁹ ecõuerſo. Indigni⁹.n.non ē cã dignioris.co ꝙ cã dignior eſt effectu.tpale aũt ĩdignius eſt eterno:ſicut corruptibile incorruptibili.ergo.⁊c̃.

¶ Ad hec.ſicuti cũ qd eē ſcio. Hic ponit ſcdã rñſionẽ ad ꝓbandum ſcdam ↄcluſionẽ dicẽs. Ad hec ſupple p̄dicta addenda ē hec rõ.ſicuti cũ ſcio eē qd.i.aliqd.neceſſe ē ipꝫ eē.ita cũ noui qd futuꝝ.necẽ ē idipm eē futuꝝ.ſic igit̃ fit .i.ↄtingit.vt euẽt⁹ rei p̄ſcite neq̃at euitari. ¶ Notãdũ ꝙ rõ ſic põt formari.ſicut ſe habet ſcia reſpectu ſcibilis pñ/tis:ſic p̄ſcia reſpectu effectus futuri.ſꝫ cũ ſcio ĩ pñti aliqd eē:neceſſe eſt ipm eē.g̃ cum p̄ſcit̃ aliqd futurũ eē.neceſ/ſe eſt ipm futurum eſſe.ſed deus preſcit oĩa futura.g̃ ne/ceſſario eueniunt.⁊ ſic iteꝝ tollit̃ libertas arbitrij.

preſcite rei nequeat euitari. Po-
ſtremo ſi qd aliqs aliorſuz ꝙ ſe-
ſe res hꝫ exiſtimet. id non modo
ſcia nō eſt: ſꝫ eſt opinio fallax ab
ſcie ꝟitate longe diuerſa. Qua-
re ſi qd ita futuꝝ eſt vt eius cert⁹
ac neceſſarius nō ſit euentus: id
euentuꝝ eſſe pſciri q̄ poterit? Si-
cut.n. ſcia ipa ipermixta eſt falſi-
tati. ita id qđ ab eo ↄcipit̄: eſſe alr̄
ꝙ ↄcipit̄ nequit. Ea nāqꝫ cā ē cur
mēdacio ſcia careat: ꝙ ſe ita rem
quāqꝫ habere neceſſe ē: vti eam
ſeſe habere ſcientia cōprehendit
quid igr̄? Quoniā mō de⁹ hec i-
certa futura agnoſcit? Nā ſi ine-
uitabiliter euentura cēſet q̄ etiaꝫ
non euenire poſſibile eſt: fallit̄:
quod ſentire non modo nephas
eſt: ſed etiā voce ꝓferre. At ſi ita
vti ſunt: ita ea futura cē decernit:
vt eque vel fieri ea vel non fieri
poſſe cognoſcat: que ē hec pſcia
que nihil certum: nihil ſtabile cō
ꝓhendit? aut qd hoc refert vati-
cinio illo ridiculo tireſie: qcqd di-
cam aut erit aut non? Quid etiā
diuina ꝓuidentia humana opi-
nione pſtiterit: ſi vti homiēs icer
ta iudicat quoꝝ ē icert⁹ euentus?
Qꝫ ſi apud illū reꝝ oīum certiſ
ſimū fonteꝫ nihil icerti eē poteſt
certus eoꝝ eſt euent⁹ que futura
firmiter ille pſcierit. Quare nlla
eſt humanis cōſilijs actiōibuſqꝫ
libertas: quas diuina mens ſine
falſitatꝭ errore cūcta pſpiciens ad
vnū alligat ꝛ cōſtringit euentuꝫ.
Quo ſemel recepto quāt⁹ occa
ſus hūanaꝝ reꝝ ↄſeq̄t̄ liqt. Fru-
ſtra.n. hoīs: maliſqꝫ pmia peneue
opponunt̄: que nullus meruit li
ber ac voluntarius motus ani-
moꝝ. Idqꝫ oīum videbit̄ iniqſ-
ſimū qđ nūc eqſſimū iudicat̄ vel
puniri improbos vel remūerari.

¶ Poſtremo ſi qd aliqs. Hic ponit tertiā rōnē ad idē di-
cēs. Si qs exiſtimet aliqd eē aliorſuz.i. aliter ꝙ res ſe hꝫ. il
lud nō mō.i. nō tm̄ nō ē ſcia: ſed ē fallax opinio lōge diuer
ſa a veritate ſcie. quare ſi aliqd ita futuꝝ ē: vt eius euēnt⁹
nō ſit cert⁹ ꝛ neceſſari⁹. quō illud poterit pſciri euentuꝝ
q.d. nullo mō. Cui⁹ rōnē aſſignat dicēs. Sicut ipſa ſcia eſt
impermixta
falſitati: ſic il-
lud quod ↄci-
pit̄ ab ea non
poteſt alr̄ eſſe
ꝙ ↄcipit̄. qꝛ ſi
poſſet aliter ſe
habere: rē ſcia
poſſet eē falſa
vnde ſubdit.
iſta eſt cauſa
quare ſcia ca-
reat mēdacio.
qꝛ neceſſe eſt
vnāquāqꝫ reꝫ
ita ſe habere:
ſicut ſcia com-
prehendit eaꝫ
ſeſe habere.
¶ Notādum
ꝙ rō quam i-
tēdit eſt iſta.
Quicūqꝫ exi-
ſtimat reꝫ alr̄
eſſe ꝙ eſt: eius
exiſtimatio ē
falſa ꝛ non eſt
ſcia: ſed fallax
opinio. g̊ ſi de-
us preſcit ali-
quod futuruꝫ
eſſe. ꝛ ſi ipſum
non neceſſario euenit ſic pſcinit pſcia dei non erit ſcia ſed
fallax opinio. g̊ futura a deo pu iſa neceſſario eueniunt. et
ſic perit libeꝝ arbitrium.
¶ Quid igr̄. Hic phia iprobat modos qb⁹ aliq nitūt̄ ſalua
re ꝓuidēriā. ꝛ pq̄rit quō poſſit ſaluari ꝓuidētia diua. im-
probādo duos modos qb⁹ aliq conabantur ipam ſaluare.
Scđo ponit tertiū modū. ſilr̄ ipꝫ iprobādo. ſcđa ibi. Qđ ſi
apud. Primo dicit. Quid igr̄ dicemus. qm̄ mō dici pōt ꝙ
de⁹ pnoſcit hec futura icerta. Prim⁹ mod⁹ ē: vt dicat̄ deū
ea q̄ ꝓuidet iudicare ifallibilr̄ ꝙuis poſſint nō euenire. ſꝫ
idem icōueniēs. qꝛ tūc falleret̄ ſua ꝓuidentia. vnde dicit
Nam ſi deus cenſet.i. iudicet euenire ifallibilr̄ q̄ ēt poſe
ē nō euenire. fallit̄ ſup. de⁹. qđ nō mō.i. nō tm̄ nefas ē ſen
tire de deo. ſꝫ ēt nefas ē voce ꝓferre. Scđs mod⁹ ē. vt di-
cat̄ deū ꝓuidere futura ideterminate ſicut ſūt futura. ſꝫ
iſto mō ꝓuidētia dei nō ē certa. vñ dič. Si deus decernit
iſta futura cē q̄ ꝓuident̄ ideterminate ſicut ſūt. vt. ſ. cog-
ſcat ea eq̄.i. equalr̄ poſſe fieri vel nō fieri. q̄ ē iſta pſcia que
nihil certū nihil ſtabile ↄꝓhendit? q.d. talis ꝓuidētia nul
la ē. ꝛ qd hec pſcia refert.i. differt ab illo vaticinio ridicu
loſo Tireſie. q dicebat. Quicqd dicam hoc erit vel ñ erit.
Quid ēt.i. in quo diua ꝓuidentia. pſtiterit.i. ꝓualebit hu-
mana opinione. ſi iudicat icerta ſicut hoīes ea quoꝝ euē-
tus ē icertus. q.d. i nullo differt. ¶ Notādū ꝙ cuꝫ tireſia
vidiſſet duos ſerpentes ſimul coire proiecto baculo ipſos
ſeparauit abinicē. ꝛ mutatus fuit i mulierē. Poſt ſeptimū
iteꝝ ſpētes coeūtes baculo ſepauit. ꝛ mutat⁹ fuit i viruꝫ.

Cū āt orta fuiſſet diſſenſio iter iouē ꝛ iunonē an maior eēt
delectatio in coitu viri ꝙ mulieris. Electus fuit tireſia in
iudicem qui expertus erat ſortem vtriuſqꝫ ſexus. Cum
autem diceret maiorem eſſe delectationem mulieris. Iu
no commota excecauit ipſum. Iuppiter autez ſui miſert⁹
in recompenſam amiſſi viſus dedit ſibi ſpiritum vaticinā
di. Fuit autez
hec ſua vatici
natio. quicqd
dicam erit vel
non erit. Si
ergo deus nō
aliter preſcit
futura ideter
minata. niſi
quia erunt vel
non erunt: nō
differret ſua
pſcia a preſcia
tireſie. quod ē
ridiculoſum.
¶ Qꝫ ſi apud
illum rerum.
Hic ponit ter-
tium modum
conantium ſal
uare prouidē-
tiam. Et eſt vt
ponamus oīa
euenire de ne-
ceſſitate ꝛ au-
feramus libe-
rum arbitriū.
Primo ergo
ponit iſtū mo
dum: ſcđo oſtē
dit que incon
uenientia ſe-
quantur ad ipſum ibi. Quo ſemel. Primo ergo concludit
illum modum dicēs. Qꝫ ſi apud illum certiſſimū fonteꝫ
oīum reꝝ nihil poteſt eſſe icerti. certus ē euentus eorum
que ipſe firmiter preſciuerit futura. quare nulla erit liber
tas humanis conſilijs ꝛ actionibus. quas diuina mens ſi-
ne errore falſitatis cuncta pſpiciens alligat et conſtrigit
ad vnum euentum. ¶ Notanduꝫ ꝙ nulla mutatio cadit
circa fontem oīum reꝝ. qꝛ cognitio eius non poteſt eſſe i-
certa. etiam ſi eſſet icerta eſſet iperfecta ꝛ diminuta. ſi er
go eſt certa reſpectu futurorum. neceſſe eſt vt oīa futura
preſcita a deo neceſſario eueniant.
¶ Quo ſemel recepto. Hic ponit icōueniētia q̄ ſequūtur
ſi auferat̄ libeꝝ arbitrium. Et pmo oſtēdit q̄ iconuenien
tia ſequnt̄ ex parte hominuꝫ. ſcđo q̄ ex parte dei. tertio q̄
ex parte cōiunctōis hoīum ad deum. ſcđa ibi. Quo nihil.
tertia ibi. Igit̄ nec ſperandi. Incōuenientia ex parte ho-
minū ſunt. ſi non ſit libeꝝ arbitriū fruſtra ꝓponunt̄ hoī-
bus pene vel pmia. ꝛ iniuſte puniunt̄ mali ꝛ pmiant̄ boni.
necerunt vicia nec virtutes i hoībus. ſicut nec i alijs que
agunt neceſſitate nature et non libertate animi. vñ dicit.
Quo ſemel recepto.i. poſito. ſ. vt negēt libeꝝ arbitriuꝫ. li
q̄t.i. manifeſtum ē quāt⁹ occaſus.i. quanta deſtructio hu
manaꝝ reꝝ ↄſequat̄. Fruſtra.n. ꝓponunt̄ bonis pmia et
malis pene. ita ſtatuta ꝛ leges humane erunt inutiles que
penas et premia ſtatuunt. que nullus motus animorum
liber ac voluntarius meruit ꝛ illud videbitur iniquiſſi-
mum oīum quod nūc iudicat̄ equiſſimū. ſ. puniri iprobos

¶ O marciane ⁊ in hoc beniuolētiā captat ipſū proprio noīando noīe. vr̄a intentio nouit poſtulare. i. petere tractatū ꝯpēdioſū. i. breuē ⁊ vtilē ⁊ hoc ad ꝺr̄iaȝ diſpēdii dictū ē qꝺ ꝓlixū ⁊ inutile cēſet̄. Hortaturqꝫ i hoc auditorē ad docilitatē ex doctrine cōpēdio de ſcolariū diſciplina. i. diſcēdi norma ⁊ i hoc auditorē attētū reddit ex doctrine vtilitate. Et ſic i hac parte prima tria facit. beniuolētiā captat. ad docilitatē hortat̄. atqꝫ attētōeȝ auditoꝝ ſuſcitat ⁊ ſeqtur. O vtinā ſubaudi illud poſtularet̄ a puitate mei ſpūs. i. igenii ⁊ deuitat eī i hoc arrogātiam. Tunc Boe. ſcribēdi on⁹ acceptās dicit. Paruitate mei ingenii ñ obſtāte ego Boeti⁹ tētabo acgeſcere. i. ꝯdeſcēder̄ amicis. i. amicabilib⁹ tuis petitionib⁹. ⁊ hoc ꝓut. i. inquātum facultas. i. ſapientia mea ſuppetit. i. ſubminiſtrat ⁊ iquātū decliuitas. i. debilitas igenii mei. qꝫ ꝑ ⁊ tenacitas. i. duricies vel cōpaſſio erūnaꝝ meaꝝ. i. calamitatū meaꝝ ſubaudi ſuppetunt lȝ ꝑ ꝗ̄uis ſim ipeditus ſubaudi ſic vt id haud facile efficere poſſim duplici gn̄e. i. manerie cōmētoꝝ hoc ē quorūdaȝ libroꝝ expoſitoꝝ: tn̄ ñ oīo. i. penit⁹ diuerſoꝝ. cōmētoꝝ dico i qſdā editōes. i. compilationes Ariſtotelis illi⁹ pipatetici ⁊ alioꝝ philoſophoꝝ eas ſubaudi exponēdo ac quaſdā e greco in latinum trāſferēdo qꝫ ꝑ ⁊ lȝ ſim attenuatus. ideſt virib⁹ exhauſt⁹ proprio ſtudio vt ſic vix ꝓmiſſis vacare poſſim: ⁊ lȝ ſim corroſus. i. attenuatus. ⁊ trāſūptiue loqt̄. nā corrodere proprie ē dētib⁹ dilaniare. cruciatu. i. tormēto ihumani. i. crudelis regis gottoꝝ. ſ. theodorici ⁊ hoc philoſophico cōſolatu. i. libro quē de cōſolatione phīe ediderat ꝑueniēte. qꝫ ꝑ ⁊ lȝ ſim ꝑmolit⁹. i. attenuat⁹ extrema. i. ſūma ꝑſpicatione. i. ſubtilitate trinitatis ꝓfunde. i. alte quo ad itelligēdū. quaſi dicat lȝ oīb⁹ his ſupra vires ipediar nihilomin⁹ qm̄ tāta vis eſt iter nos amicicie vt nihil tuarū petitionū tibi negare q̄aȝ ꝓpterea tuis petitiōib⁹ acgeſcere tētabo. ¶ Notādū Boetius librū ſuuȝ nominat de ſcolariū diſciplina. vn̄ iter diſciplinā ⁊ facultatē hoc itereſt qm̄ diſciplina a diſcēdo dicit̄ qꝺ ſciētiā recipere ſonat quare diſciplina i diſcipulo eſt. doctrina vero in magiſtro. facultas aūt ē ſciētia vel ꝓfeſſio i vtroqꝫ. diſciplina ⁊ doctrina in motu ſūt facultas in quiete. ¶ Notandum circa hoc quod dicit licet duplici commentorum. Boetius intelligens homines nondum ſibiipſis fore natos ſed amicis ⁊ patrie atqꝫ cōmuni omnium vtilitati. ſic nempe diuinus ille Plato architam tharentinuȝ monuit vt non ſolum ſibi natum ſe memineret ſed patrie ⁊ ſuis vt perexigua pars ſibi relinquatur. quod proſpiciens Boetius vt poſteris memoriale quoddam eternum poſt ſe reliqueret: nūc i philoſophorum libris exponendis. nunc in grecis codicibus vt latine nobis coram loquerentur transferendis: nunc etiam in proprioruȝ traditione dies noctesqꝫ expleuit qua in re tanto niſu tantaqꝫ lucubratione indies tenebatur vt materiam ſue criminationi daret. Dum enim ſtudio atqꝫ exponendorum librorum commētariis reliqſqꝫ omnibus que ad hec attinent ſedulo vacaret: moris ſui extitit vt hominum conſortia fugeret atqꝫ in bibliothecam quam domi philoſophie conſtituerat refertiſſimam ſe reciperet. quas ob res morum ſuorum emuli ipſum demonibus alloquentem falſo criminabantur adinſtar magni ſocratis. de quo ⁊ Apuleius impune opinatus eſt ꝙ familiarem deum haberet ſibi obſequētem de quo ⁊ librum edidit quem de deo ſocratis intitulauit. a qua criminatione ſe excuſans Boetius libro primo de conſolatione proſa quarta philoſophiam ita alloquitur. Atqui ⁊ tu inſita nobis omnium rerum mortalium cupidinem de noſtri animi ſede pellebas ⁊ ſub tuis oculis ſacrilegio phas locū eſſe nō erat. inſtillabas eī aurib⁹ cogitatōibuſqꝫ q̄tidie meis pictagoricū illꝺ. deo ſꝫ

oīs ſeruiēdū.nec ꝯtinebat viliſſimoꝝ me pſidia ſpūꝫ captare quē tu ī hāc excellētiā ꝯponebas vt ꝯſilēꝫ deo faceres.hec ille. ¶ Notādū īgenium eſt īterior vis animi quo ſepe īuenimꝰ que ab alīs nō didicimꝰ dictum quaſi īītus genitū.ſ.a natura. ¶ Nota erūna.i.miſeria inopia calamitaſ.Et dicit̄ ab e.⁊ rumen q̄ſi extra rumen.i.cibū īde erūnoſus.

i hoc potiſſima forte noſcūt̄ iuxta illud.Eſt ordo ſumma limes ſapiētis ī arte.⁊ item Oratius eſt modus ī rebus ſunt certi deniqꝫ fineſ.Ultra quos citra que neſcit conſiſtere cretū.ideo Boetius opus hoc ſcribēdum aſſumpſit in quo modum atqꝫ ordinē tradit quo quiſqꝫ faciliter in culmen ſcientiaꝝ eleuat̄ ibiqꝫ conſtitutus ſplendidus celebris atqꝫ glorioſus ſtabilit̄.

Itē ꝯmentuꝫ eſt plurimum ſtudio vel doctrina ī mēte habitoꝝ ī vnū collectio ⁊ ſꝫ hoc quilibꝫ liber poteſt dici cōmentū:ſꝫ in noſtro vſu ꝯmentū dicit̄ liber expoſitorius.ſ.q deſeruit expoſitiōi ſnīe alicuiꝰ libri ⁊ nō ꝯſtructiōi littere ⁊ ſm hoc poteſt ſic diffiniri. Cōmentū eſt expoſitio verborum iūctirarū nō conſiderans ſed ſenſū

ꝑſpicatōe ꝓmollitus. Quid eniꝫ in gynnaſioꝝ exercitu lucidius q̄ꝫ in artificiali ⁊ nāli ꝓgreſſione debita cognitio: ⁊ q̄ꝫ viriū ītelligentie gradualis exhibitio. Eloquētie eni partes decenti artificialium ⁊ naturaliū ꝓceſſu ⁊ ꝑſpicua ītelligentie ꝯprehēſione nonimus ſtabiliri. In primis ergo prima.ſ.puerorū oblectamenta ſunt ꝓlibāda. Secūdo videlicet qualr̄ adultorū elatio magiſtratui ſubījcieda ſit ⁊ diſcipline connectāda. Tertio de eorūꝫ elatione reprimēda exemploꝝ cōmendatōe diſticte exponēdo. Quarto de ſcolariū ſagaci ꝓuiſiōe eorumqꝫ graduali ſtatione. Quīto qualr̄ ſcolariū venerabilis ac ſincera deuotio ad magiſteriū ꝓferenda ſit. Sexto de magiſtrātiū norma trinaqꝫ diuiſione ſtatuqꝫ erga ſubditos modoqꝫ docendi ꝓcognito. Hec aūt ad ītelligētie cognitōeꝫ ſuſcepimꝰ peragenda priſtinū modū tractādi fere omittentes nunquam leuiori ſtilo perūſi:quoniam in maiori parte ꝓ rudibus informandis eſt executio et tanto lenior dilucidādi debet eſſe tranſlatio.

¶ Finit prohemium.

¶ Notandū gynnaſ.gynnadis pugna vel luta dr̄.Et dicit̄ a gynnos idest nudus quia nudi talibus in ludis ſueuerunt exerceri.inde ſꝫ gynnaſiuꝫ locus in quo talia quondam fiebant ⁊ hic facta tranſūptione ſtudiū ſcolariū atqꝫ magroꝝ gynnas dicitur atqꝫ locꝰ ſtudīj ginnaſiū ⁊ q̄ñqꝫ ipſum ſtudiū dicitur vt in ꝓpoſito.q2 ſicut ī paleſtra corpus ſic in ſtudio animꝰ exercetur.⁊ inde accidit vt oīum pene artium exercitium vel locus exercitīj gynnaſiū dicatur vt ſcola:⁊ vt quidā dicunt gynnaſiū grece latine exercitiū dicitur. Notādū inter ītelletctū ītelligentiam atqꝫ intelligibilitatē hocītereſt. Nā intellectus proprie vis aīe eſt cōprehenſiua incorporearū ſubſtantiaꝝ formis ſubtractarū vel formarū circa eas. Intelligētia vero vis eſt aīe que aſpirat vt aliquid circa diuinā ſubſtātiā cōprehendat. Intelligibilitas vero vis quedā eſt anime oīum formarū in quadā ſimplicitate ꝯplicatiua abſqꝫ ordinē naturali vel tēporali ⁊ tali modo ſolꝰ deꝰ comprehendit res q2 eas omnes vno ītuitu abſqꝫ ſucceſſiōe dicitur cōprehēdere.

¶ Quid enim in gymnaſiorū. In hac parte. Boetiꝰ aſſignat cauſam intentiōis ſue atqꝫ ſuſcepti operis.proximo enim dicit ꝙ non obſtantibꝰ impedimētis tū ſtudiorum atqꝫ erumnarum multimodis ſe velle iniunctuꝫ onus aggredi.poſſet quis huiuſmodi cām ſcicitari cui vt ſatiſfaciat cauſam reddit. Et duo facit nā primo cauſam ſue intētionis atqꝫ ſuſcepti operis explicat.ſecūdo cauſaꝫ ipſam confirmat.ſecunda ibi eloquentie enim. Dicit ergo ꝓmo ontipophoriſādo iſto modo quid enim ꝓ certe eſt lucidiꝰ idest ſplēdidius qua ꝓpter et vtiliꝰ in exercitu idest exercitatione gymnaſioꝝ idest ſtudioꝝ ⁊ trāſſūptiue loquit̄ q̄ꝫ debita cognitio ī ip̄o diſcipulo ſcientīs ⁊ doctrinis erudiēdo in ꝓgreſſione idest profectu artificiali ⁊ hoc quo ad artes ⁊ doctrinas.⁊ naturali ſꝫ q̄ ad mores ſtudio cōformādos. Aliter etiā exponit̄ vt ad duplicē ordinē iſta referantur ſcilicꝫ ad ordinē doctrine quo a cōmunioribꝰ ad ſpecialiora ꝓcedatur ſm quē dictuꝫ eſt primo phiſicorum īnata nobis via ē procedēdi a cōmunioribus ad ſpecialiora ⁊ ideo dicit artificialiū quod autē ſubiūxit naturaliū quo ad ordinē nature dixit q̄ a ſpālioribꝰ ad vniuerſaliora fit ꝓceſſus.ea enim que nobis ignotiora ſunt nature notiſſima eſſe dicūtur:quo fit vt ſecūdo methaphiſice dicit̄. Sicut ſe habet oculꝰ niticoracis ad ſolis lumē ſic ſe habet intellectus noſter ad ea que manifeſtiſſima ſūt nature. Deinde ſequitur in textu.⁊ inſup quid eſt lucidiꝰ in ipſo magiſtrāte q̄ꝫ exhibitio idest ſubminiſtratio gradualis.idest bene ordinata viriūꝫ intelligētie ſcilicet doctrinaꝝ quaſi diceret nihil. Et huiꝰ rationē ſubiūgēs inquit.enim ꝓ quia ſupple nos. Boetiꝰ nonimus ſtabiliri idest firmari partes eloquentie in proceſſu idest ordine atqꝫ modo debito naturaliū ⁊ artificialiū ſimilter etiā in comprehenſione perſpicua idest ſubtili intelligētia doctrinaꝝ. ¶ Notādū ꝙ intentio. Boetīj fuit ruditati erudiēdoruꝫ obuiare atqꝫ eos ab ignorātie nebulis ad apicē ſciētiarū trāſducere. Uerū q2 modus ordo atqꝫ regula

¶ In ꝓmis ⁊c. Hec ē ſcōa ꝑs ꝑncipalis huiꝰ ꝓhemīj ī q̄ poſtq̄ꝫ ītentionē ſuā atqꝫ ītentōis ſue cām explicuit.nūc ordinē ſuſcepti operis ⁊ quicquid ī toto libri proceſſu pagendū ſit luculēter inſinuat. Et diuiditur hec pars ī ſex partes. In prima monſtrat quid ī primo capitulo ꝑtractandū ſit. In ſecūda quid ī ſecūdo ⁊ ſic de ſinguliſ.ſecūda ibi.ſecundo vꝫ.tertia ibi tertio de eoꝝ.quarta ibi.q̄rto de ſcolarium.quīta ibi.quīto q̄liter.ſexta ibi.ſexto d̄ magiſtrantiū ⁊c. Et dicit ꝙ in primis.i.ī primo capitulo oblectamia alias eſt oblectamenta.i.documenta leuia pueroꝝ ſunt prelibanda.i.pretroctanda vel premittenda. Et rationē huius ponit Albertꝰ ſuper illo primi libri phiſicoꝝ cū dicitur ꝙ pueri primo appellant oēs viros patres ⁊c.q̄ñ ipſi pueri cerebrū hn̄t hūidū ac frigidū ſic ꝙ rerū ſenſibiliū dr̄ias minime capere poſſunt ſed cum cerebrum ī eis magis exſiccatur tunc in eis cognitō magis erit nota.q̄re a facilioribꝰ ⁊ cōioribꝰ īchoandū erit ordīe ipſo doctrine ⁊ tranſeūdū ad difficiliora ⁊ ad ſpecialiora.hec eni via nobiſ īnata eſt primo phiſicoꝝ.ſecundo vero videbitur hoc eſt ī ſecundo capitulo q̄liter elatio.i.ſuperbia adultoꝝ.i.etate iā maturoꝝ eſt ſubījcienda.i.ſupponenda magiſtratui ⁊ cōnecten-

tia.i.coniungenda diſcipline. Elatio nempe atq; ſuperbia diſcipulum nullo modo ſtudere permittit cū ſapiēs dicat. In maliuolam animā non introibit ſpiritus ſapiētie. ⁊ hic i tertio capl'o docetur de reprimēda.i.corrigenda elatione eorum.ſ.adultoꝝ ⁊ hoc exponendo diſticte .i.ſuccincte cōmendationem exemploꝝ ad propoſitum cōprobandū. quarto āt ca. ſupple tractabitur de ſagaci.i.puida pcuſſione.ſ.rez exteriorum ſine quibus difficulter philoſophari ptingit ppter qḋ ⁊ ſacerdotes in egipto vt ariſto.in methaphiſicis teſtatus eſt aquiſitis rebus neceſſarys pp admirari primo inceperunt philoſophari Quīto ſupple capitulo determinabitur qualiter venerabilis ideſt honorabilis ac ſincera.i.pura deuotio.i.intētio ſcolarium eſt proferenda.i.exibenda vel offerenda ad magiſteriū. Sexto.i.vi.capitulo tractabitur de norma magiſtrantium.q; pro et trina diuiſione.i.partitione magiſtrorum.q; pro et de ſtatu ipſorum circa ſubditos.⁊ hoc pcognito.i.pſcito modo docendi.i. informandi. ¶ Nota ſagax omnis generis idem eſt qḋ ingenioſus prouidꝰ aſtutus ⁊ preſcius futurorum.īde ſagacitas. Item ſincerus ſincera ſincerum vel ſinceris in eodem ſenſu.i.ſine cera.ſ.purus co nſtans mundus ſine victo vel labe ⁊ pducit e. vnde Horatius in epiſtolis in fine ſecunde epiſtole. Sincerum niſi vas quodcūq; infundis aceſcit. Itē virgiliꝰ ī moreto. ſubcidit ſincera foraminibuſq; liquat Emundata ceres ⁊ cetera.

¶ Hec autē ad intelligentie cognitionem. Hec eſt tertia pars principalis huius phemy in qua Boetius modum procedendi in hoc libro pmittit. Et diuiditur ī duas partes. In prima facit qḋ dictū eſt. In ſecunda cauſā dicti aſſignat. ſecūda ibi. Quoniam in maiori ⁊c. Et dicit ſic. autem p certo nos Boetius ſuſcepimꝰ hec ſupradcā peragenda ideſt pficienda ad cōmendationeꝫ intelligētie. nos inquam obmittētes fere.i.totaliter modū priſtinū.i.per nos obſeruari ſolitū. tractādi.i. ſcribendi. nūq; .i. nullo tempore perniſi leuiori.i.planiori ſtillo.i. modo ſcribendi. quū ⁊ hic cām dicti aſſignat. q: executio ſubaudi preſentis operis p maiori parte eſt p rudibꝰ.i.īdoctis informandis.i.inſtruendis quo calle ad ſcientiaꝝ apicē valeāt pertingere. ſubaudi ea propter hec trāſlatio alia littera habet tranſactio dilucidandi.i.declarandi hāc ſemitam atq; calem erit tanto leuior.ideſt.planior.

¶ Notandum in littera cōmittitur color rhetoricus q vocatur lepos. Et eſt ad aliquam ſingularem perſonā per verbum pluralis numeri cauſa honoris velornatus facta locutio. Vt Cicero ſcribatis. nos Boetius ſuſcipimꝰ hec peragenda.

Uz īdiſcreti ⁊c. finito phēio cōſeqūter īcipit tractatus. In quo ea q̄ ī phemio peragēda pmiſerat: nunc ordinate exequitur. Et diuiditur totus tratatus in.vi. capitula. in quorū primo oſtendit qua manerie rudes atq; indiſcreti ad diſcendum introducātur. In ſecundo qnomodo ſcolares ipſi magiſtratui ſubycientur. In tertio quomodo elatoꝝ ſuperbia compeſcatur. In quarto qualiter ſcolaribus ipſis per res exteriores quarū fortuna eſt dnā ſagaciter pnideatur. In quīto qualiter ſcolarium ſincera deuotio ad magiſtery celſitudinem ſubuehatur In ſexto magiſtrantium norma plenius edocetur. ſecundum ibi. Uiſſ. autem ſcolarium rudimentis. tertium ibi. Cum autem diſcipulis. quartum ibi. Omnia ſiquidem. quintum ibi. Cum ad magiſtratus. ſextum ibi. Expeditis autem his. Et hec totiuſ tractatus cōpetentior cenſetur fore diuiſio. Conſtat enim Boetium ipſum in phemio hoc ordine diuiſiſſe quāuis pleriq; exiſtāt qui totalē ipſ libruꝫ tribus partibus arbitrētur partiēdum. Capitulum autem pmum quod ē de primeua rudium atq; indiſcretorum introductione in duas partes diuiditur. In quarum prima de his que circa exteriora introducenda videlicet circa corpus atq; corpori adiacentia attenduntur tractatur. In ſecūda vero de hiſ que circa animū atq; animum exornantia ⁊ fouentia vt ſunt doctrine ⁊ ſcientie edocetur. ſecūda ibi. In primis igitur. pꝛima harum adhuc in duas. In prima determinatur de his que circa corpus introducendum attendenda ſunt priuſquam doctrine mancipetur In ſecunda que circa corpus ipſiuſ attendenda ſunt per tractatur poſtquam doctrine nouiter mancipatꝰ exiſtit. ſecunda ibi. Cibariorum autem. Prima quarum adhuc in duas. In prima facit quod dictum eſt. In ſecūda hoc ipſum exemplis confirmat. ſecunda ibi. Legitur. Pria harum iterum in duas. nam primo declarat illa que circa corporis introducendi membra cauenda ſunt. ſecundo que circa introductionis tempus. ſecunda.ibi. Et ne temporis intemperies. Dicit ergo Boetius primo q cuꝫ infantia.i.puericia ſepiennis.i.ſeptem annoꝝ ⁊ hac etate īfantia finitur ac puericia incipit indiſcreti.i.indocti ⁊ impotentis ſubaudi viriuꝫ corporis. ducitur ad ībuendum.i.erudiendum. cauendum.i. pſpiciendū eſt ne diſpoſitio ſubandi naturalis membrorum ſupple corporiſ infantillis integralium.i.itegrantium vtpote manuum ⁊ pedum. ſimiliter ⁊ aliorum membrorum ſit indecens .i.incōpoſita īperfecta diſproportionata aut natura turpis. ⁊ ſubaudi cauendum eſt cū indiſcretus ille ad imbuendum ducitur ne intemperies.i. diſproportio rōne qualitatum dominantium temporis vtpote ſicut obtuſitaſ .i. duricies hyemis conſtringentis propter exceſſiuum frigus cuius natura eſt confringere in homogenus. vel profunditas.i.exceſſus eſtatis comburentis ppter caloris excellentiam generet incrementum.i.augmentuꝫ piculi ſubaudi ipſi introducendo. hec enim ipſa niſi cautius prouideantur magna quidem incrementa periculi puerili adducunt teneritati. ¶ Notandū in hoc q dicit Boe. ſeptennis infantia ⁊c. intelligere facit pueros ipſos in īfantia litteris mancipandos. Etas nanq; ipſa ad hoc apta tunc eſt quoniam parum adhuc viderat. quare oīa ſibi noua. nouarumq; rerū auida. ⁊ quicquid audiat admiretur dubitet ac interoget. ſicq; poſt hac mentis ſupto robore quod noua teſta ceperat retineat firmiuſ clariuſq; intelligat. hac nempe etate vt tangit Quintilianuſ libro primo inſtitutionum quicquid concipitur facilius radicatur. vnde varro in ſententys. Sapiunt vaſa quicquid prius acceperant. ſic inquit eſt de infantibꝰ. ⁊ Auguſtinus libro cōfeſſionū primo de ſeipſo lamētabiliter fatetur iuuentutem ludis ⁊ non ſtudys ſemp expoſuiſſe. ī ſcolas īquit datus ſum vt litteras diſcerem ī qbꝰ qd vtilitatis eſſet ignorabam miſer; ſed ludere delectabat.

## ¶ Seqꝛ tractatꝰ. Capitulū.i.

C Um autem indiſcreti ⁊ impotentis ſeptēnis infantia ducitur ad imbuendum: cauendum eſt: ne membrorum indecēs ſit diſpoſitio vtpote integralium: ⁊ aeris intempies vt pote cōſtrigētis hyemis obtuſitas: ⁊ pburētis eſtatiſ pro funditas periculi generet incre-

Et eſt infantia ipſa prima etatum hominis que ſeptennio durata quo ieboans pueritia quaſi pura ad gignẽdũ minime apta ĩ quatuordecimum excurrit annum a quo adoleſentia adulta ad gignendũ apta que in viceſimum octauum prorogatur annum. a quo iuuentus incipit vſq; in quinquageſimũ annum protẽſa ꝛ ab hoc ſenioris eraſ quiã greci preſbitẽ vocãt ſumens originẽ in ſenectã hoc eſt ſeptuageſimum annum ꝓgredit̃ que nullo annorũ numero perficitur ſed poſt quiq; illas etates quãtũcum ꝗ vite ſupereſt ipſi in labore atq; dolore deputatur.

¶ Notandũ ꝗ Boetius dicit ſũmopere cauendũ ne litteris imbuendis mẽbroꝝ diſproportionem habeat. hec enim membrorum inepta monſtruoſitas monſtrum in aĩa indicare neceſſe eſt vti Philemon. Palemon. Loxus. Ariſtoteles ꝛ alij multiplurimi retulerunt. qꝛ aĩe ipſe ſequunt̃ corpa ꝛ ſcdm ſe non ſũt ipaſſibiles a corporum motib⁹: ꝛ hoc manifeſtũ fit valde ĩ ebrietatib⁹ ꝛ egritudinibus. multũ nãq; anime mutate vident̃ a paſſionibus corporeis ex quo ꝛ illud vulgare ſũpſit exordiũ. Ruſticus ĩ corpe ruſticus ꝛ in aĩa. Cum enĩ mẽbroꝝ figura ꝛ habitudo ꝛ generent̃ ꝛ nutriant̃ ex ſanguine. Silr quoq; ꝛ ſpũs q vehicula ſunt virtutũ aĩe ex humore ſãguinis generant̃ ꝯñs eſt vt ex ipſa mẽbroꝝ habitudine iclinationes paſſionũ cognoſcant̃ ipſaq; aĩaꝫ rectam ĩ multis motũ ſui rectoris ſequat̃. ꝓpter qđ ſapiẽs ptolomeus dixit ꝗ diuinãs meli⁹ ꝛ verius pnunciat accipiẽs iudiciũ a ſtellis ſcdis ſcdas vocans ſtellas figuras ꝛ accidẽtia inuẽta ĩ reb⁹ phiſicis que a ſupiorib⁹ ipreſſa ſunt. hoc enĩ iã ĩpreſſũ ſcim⁹ materie q̃re ꝓ certo pnũciam⁹ totũ ad accidẽtia illa eẽ iclinatũ quo ꝛ fit vt molles qdẽ carne aptos mente dicimus diſtortumq; vultum ſequi diſtortia morum. ¶ Notandum circa hoc ꝗ dicit: Et ne temporis ĩtemperies ꝛc. ſicuti docet Auicenna ſecunda fen. primi canonis capitulo q̃rto ſũme prime qđ eſt de iudicijs tẽporũ ꝛ eoꝝ mutatõib⁹ omne tẽp⁹ q ꝯplexionẽ habet ſanam ꝓportionale eſt ei ꝯueniẽs. cum aũt ĩ fãriũ ꝯplexio ĩ calore fere tẽperato ꝛ humiditate fere ſupflua exiſtat vt eodẽ canone fen. i. doctrine pme. capitulo. z. ꝯueniẽs eſt vt ipſo ĩbuendo ꝓportionale tẽpus ſue eligat̃ nature hoc autẽ ĩter quattuor anni tpa ver ẽ a pũcto eqnoctiali ĩcipiẽs vſq; quo in mediũ thauri deueniẽs eſtate mutet̃. Eſt enim ĩ terris tps hoc tẽperatiuſq; non tãtũ neceſſe ſunt res calefaciẽtes ꝓpter frig⁹ vt ſit ĩde multũ curandum neq; euẽtatio ꝓpter calorẽ ꝛ ĩ ipſo qdẽ eſt pncipiũ frondendi arbores ꝛ eius tẽpus eſt tempus apud medicos iter q̃litatẽ vernalẽ exũſ aut ante ipaꝫ aut poſt ipaꝫ parũ donec ſol ſit ĩ medio thauri q̃uis apđ aſtronomos ĩ eſtiuũ tropicũ p̃ſus extẽdat̃: poſt qđ tps tẽperiei vicinius Autũnus eſt. reliq̃ ãt duo tpa aut exceſſiuo frigore aut abũdanti calore ĩtemperiei ſunt ſubiecta. quo fit vt ĩbecillis ĩfantia aut vere aut autũno plus tñ vere litteris dumtaxat mancipetur.

¶ Legitur enĩ timothei filiũ. In hac pte Boeti⁹ ſupradicta exẽplo corroborat. q̃liter ſcꝫ minima ſuperioꝝ obſeruatio magnũ periculi dederat icrementũ. Et diuidit̃ in duas ptes ſm ꝗ ponit duo exẽpla. In prima enĩ põit

mentũ. Legit̃. n. thimothei filiũ: lepra icũbente caſtratũ loripedẽ gibbo tumẽtẽ doctrine mãcipatũ plebeiã extitiſſe abiectõeꝫ ſuorũq; socioꝝ d̾tractionẽ ridiculoſã. Similiter p̃toris ſuburbani filiũ canicula iſtigante lr̃is vidim⁹ mãcipatũ. Cũ ãt ſolita nõ gauderet vmbrella ꝓpria v̾tute d̾ſtitut⁹ hictericie pẽa ꝓmollit⁹ vitalib⁹ tãdẽ ſpiritib⁹ attenuat⁹ limphatico morbo occubuit. Ecce q̃tuꝫ difficltat̃ mẽbroꝝ idecẽs idiſpoſitio ꝛ aeꝛ itẽpies teneritati pue

exemplũ quo ad corpis mẽbra. In ſcda vero quo ad temporis intemperiem. euitandã. Et ſecunda pars incipit ibi. Similiter pretoris. Et dicit ſic enim pro certe legitur ſupple in exemplo filium thimothei caſtratum. ideſt teſticulis erutum ꝛ hoc incumbente ideſt iminente lepra illo morbo. loripedem. ideſt claudũ vel pede tortum. q; pro ꝛ tumentem gibbo. i. ſtruma ĩ dorſo mancipatũ ideſt traditũ doctrine extitiſſe abiectionem. ideſt deſpectionem plebeiam. ideſt plebiſ. q; pro ꝛ detractionem. ideſt ſubſannationem ridiculoſam ſociorum ſuorum. Similiter ſupple alio exemplo vidimus filiolum pretoris. ideſt prepoſiti ſuburbani mancipatum litteris canicula illa ſtella inſtigante. ideſt furente. autem pro certe cum ſubaudi ille pretoris filiolus nõ gauderet. ideſt frueretur ſolita vmbrella. ideſt conſueta vmbra ipſe deſtitutus. ideſt derelictus propria virtute. q; pro ꝛ pẽmollitus. ideſt afflictus pena. ideſt morbo hicterice. tandem ideſt finaliter attenuatus. ideſt conſumptus ſpiritibus vitalibus occubuit. ideſt vitam clauſit morbo limphatico. ideſt aquatico qui eſt idropiſis ꝛ reliqui. ecce. ideſt vide quantum difficultatis indiſpoſitio membrorum ſupple in thimothei filio ꝛ intemperies aeris ſubaudi ĩ pretoris filio contulerunt teneritati puerili. ille nanq; abiectio plebis extitit. hic vero infirmitatibus diem vite ſue miſerabiliter clauſit. ¶ Nota circa hoc quod dicitur canicula. Duplex ĩ celo canis ẽ maior ꝛ minor. Maior alio nomine dicitur Sirius ꝛ habet in forma ſtellas. i8. extra vero. ii. Minor anticanis nominatur ſtellarum. z. Cum vero ſol canem maiorem intrat calor duplicatur ꝛ egritudines ĩ humanis corporibus generantur q̃bus ad exituꝫ multi pereunt ꝛ ab hoc cane dies caniculares dicti ſunt. Et de hoc Perſius inquit. iam ſicca canicula meſſes excoquit. ꝛ in hunc canem licentia poetica fingitur hicar caniculam fuiſſe mutatam. ¶ Notandum ꝗ lepra eſt morbus conſimilis corrumpens figuram ꝛ formam et compoſitionem membroꝝ ꝛ ſic finaliter ipſum continuum ſoluens proueniens ex materia melancolica diſperſa per totum corpus. Et hec aut introducitur ab vtero aut poſt. Si ab vtero hoc eſt quia generatus eſt tẽpore menſtruorum aut quia filius eſt leproſi aut quia leproſus concubuit cum muliere pregnante. Si poſt vterum hoc poteſt eſſe quia aut aer eſt malus ꝛ corruptus peſtilentialis aut continuauit cibaria melancolica ſcilicet lentes ꝛ alia legumina ꝛ carnes melancolicas vt vulpis vrſi ꝛ apri ꝛc. ¶ Notandum eſt ꝗ Ictericia eſt vniuerſalis defedatio cutis ſicuti morphea eſt defedatio cutis maculoſa. ſed tamen differunt in hoc. quia morphea eſt propter erroreꝫ tertie digeſtiue: hec tertia propter errorem ſecũde. Et ſunt tres eius ſpecies ſcilicet citrina viridis ꝛ nigra. ꝛ hunc morbum frequenter ydropis ſequitur qui eſt error virtutis vnitiue ĩ toto corpore ſequens mutationem virtutis digeſtiue in epate. ꝛ ita ydropis eſt error virtutis digeſtiue in epate. Item loripes. ideſt claudus habens pedem tortum ad lori ſimilitudinem vel habens pedem ligneum loris alligatum de quo Iuuenalis loripedem rectus deridet ethiopem albus. Item gibb⁹

ideſt ſtruma ſed intereſt.nam ſtruma in pectore eſt:gib
bus in dorſo vnde Juuenalis.ſtrumoſum atqꝫ vtero pa
riter gibboqꝫ tumentem.
¶ Cibarioꝝ aũt.Jn hac pte Boe.ꝑtractat d' hisq̃ circa iã
nouiter īroductũ reſpiciẽda ſũt.ſ.debita ciboꝝ potꝰ atqꝫ
veſtimẽtoꝝ ſubminiſtrãtio ⁊ hoc ĩ gñali. Jn tertio aũt ca
pitulo magis
ſpecialius.Et
dicit aũt pro
certe facultas
cibarioꝝ ſit
mediocris .ſ.
neqꝫ abũdãs
neqꝫ deficiẽs
potius autem
tenuis ſupple
ſit.qꝫ p ⁊ par
citas.i.modi
citas eiꝰ ⁊ pe
nuria.i.carẽtia veſtiũ abſit.

rili contulerunt. Cibarioꝝ autem
mediocris ſit facultas. Potꝰ au
tem ſit tenuis eiuſdẽqꝫ parcitas.
Veſtium autẽ ſilr abſit penuria
Jn primis igitur figurarum ele
menta repreſentantium īprimen
dã eſt dilectio: coniungẽdarũqꝫ
litteraꝝ non paruꝫ artificioſa cõ

¶ Notãdũ ꝙ natura per ſe
nõ eſt ſufficiẽs ad ſpeculãdũ ſed oportet cibũ ⁊ potũ ⁊ re
liquũ famulatũ preexiſtere.ſꝫ hec nullo modo exceſſiua
cũ natura modicis minimiſqꝫ ꝯtenta ſit libro ſecũdo de
ꝯſolatõe phie proſa q̃nta. Tolleranda ergo fames eſt vt
iquit Seneca.15.epiſtola quã tollerauerũt q̃dam i obſi
dione exẽplo maioꝝ noſtroꝝ q terras luſtrabant ac ma
ria nõ vt mulſum vinũ precioſuſqꝫ cibus fauces eorum
trãſiret ſed ſoli cõtẽplationi dediti maluerũt potiꝰ cõme
dere vt viuerẽt q̃ viuere vt cõmederẽt Tirãnides enim
atqꝫ ſubuerſiones vrbium bellaqꝫ vel hoſtilia vel ciui
lia vti hieronymus in epiſtolis teſtatur non pro ſimpli
ci victu olerum pomorumqꝫ excitari Diogenes aſſer
uit ſed pro carnibus epularumqꝫ delicijs legamus pre
deceſſorum libros antiquorumqꝫ volumina Diceatchi
xenophontis Joſephi.Euboli.reliquorumqꝫ pene omni
um qui hiſtoriam ſcribunt ⁊ nil aliud reperiemus q̃ vi
libus cibis ⁊ his mediocriter veteres illos ob ſtudium
vitaſſe.crapulam quoqꝫ atqꝫ delicias veluti cõtempla
tionum impedimenta penitus euitaſſe. ipſe cuĩ delicie
mẽtem humi deijciũt atqꝫ eã corporeis nexibus retẽtam
ne ĩ apicẽ ꝯtemplatõis eleuet' ꝓpediũt. Moleſtia aũt vi
ctualiũ ecõuerſo.quo fit vt iuuenalis graculũ eſuriẽtem
i celũ eleuet. Perſius quoqꝫ flaccus. Pſitacũ picas cor
uoſqꝫ noſtra inquit verba conari. dicit Juuenalis de
graculo. Graculꝰ eſuriẽs ſi in celũ iuſſeris ibit. Et itẽ de
relig̃s Perſius. Quis expediuit pſitaco ſuum chere. Cor
uos q̃s olim ſuum ꝯcauũ ſalutare. Picaſqꝫ docuit noſtra
verba conari. Magiſter artis igenijqꝫ largitor Venter
negatas artifex ſeq voces.
¶ Jn p̃mis ⁊c̃. hec ẽ ſcda ps p̃ncipalꝭ p̃mi capli ĩ q̃ Bo.
ꝑtractat de his ſpãliter que circa erudiẽdi animũ verſan
tur atqꝫ eum exornãt fouẽtqꝫ vti ſunt doctrine ⁊ ſcientie
q̃bus ipſi rudes iam p̃mũ lr̃is mancipati ſunt erudiendi
Et diuiditur hec ſecunda pars ĩ tres partes. Jn quarum
p̃ma oſtendit ĩ q̃bus ipſi rudes p̃mitus ſunt ĩbuendi. Jn
ſecũda ĩ q̃bus ſecũdo.ibi. Completo. Jn tertia ĩ q̃bus ter
tio.ibi. Viſis aũt leuitatũ. Prima haꝝ adhuc ĩ duas par
tes ſubdiuiditur. Jn p̃ma oſtendit quõ rudes p̃mitus in
grãmatica ĩbuant' poeſi ⁊ rethorica. Jn ſcda cautelã cir
ca hoc ſubminiſtrat.ibi cauendũ. Prima iteꝝ ĩ duas.nã
p̃mo oñdit quõ in grãmatica erudiant'.ſcdo quõ ĩ poeſi
⁊ rethorica.ibi Senece traditio. Prima adhuc in duas.
nã p̃mo facit q̃d dictũ ẽ quo ad p̃meua grãmatice elemẽ
ta ſcdo quo ad ſecũdaria fundamẽta.ibi. Scdm laborioſi:
Prima iteꝝ ĩ duas.p̃mo facit q̃d dcm̃ eſt.ſcdo tẽpus cir

ca hoc ſtatuit quo hꝫ eruditõi ſit ĩmorãdũ.ibi. Nec tali
laborioſo. Et dicit p̃mo Boetius ꝙ dilectio figuraꝝ rep̃
ſentãtiũ elemẽta.i.lr̃as eſt ĩprimenda rudibus ĩ p̃mis.i.ĩ
p̃ncipio.qꝫ p ⁊ ꝯiũctio.i.cõbinatio ꝯiũgendaꝝ ſubaudi
lr̃aꝝ ad ſillabas ⁊ dictões faciẽda: ꝯiũctio inqꝫ artificio
ſa nõ paꝝ.i.multũ ⁊ tãgit' ibi liptote,deĩde tẽps quo huic
ſit ĩmorandũ
ſtudio adijcit
dicẽs. nec eſt
iſiſtendum.i.
ĩmorandum
multũ tali la
borioſo certa
mini.i.ſtudio
nec eſt abeun
dũ.i. receden
dũ cito vt ſer
uio illi magi
ſtro placet ⁊ ẽ

iunctio. Nec tali laborioſo cer
tamini multum eſt inſiſtendum:
nec cito vt Seruio placet abeũ
dum: quoniam ſi viſus eſt i mul
tis promptior: in alijs reperitur
tunc ⁊ habilior: Secũdum labo
rioſi certaminis ſtat edificium in
probi didimiqꝫ traditionibus:

parentheſis.qm̃ ſubaudi ſi puer viſus fuerit ꝓmptior.i.
potẽtior ex freq̃nti ſupradictoꝝ vſu ĩ multis.i.multo tũc
repit' habilior ĩ alijs ſciẽtijs ſubaudi altioribꝰ. ¶ Nõndũ
ꝙ Boe. dicit rudes p̃mũ ĩ grãmatica ĩbuẽdos ⁊ rõ huius
ẽ.qm̃ vt vult Alforabiꝰ ipſa grãmatica mater eſt aliaꝝ ar
tiũ q̃ a lr̃is nomẽ accepit. Dr̃.n.grãmatica a grãma q̃d ẽ
lr̃a ⁊ icos ſcia.ipſa.n.eſt q̃ ꝯceptꝰ humani demũ cũcte do
ctrine aptiꝰ liberiuſqꝫ ſignificant'. hãc neceſſitas adiue
nit.cũ.n.añ eius iuẽtionẽ hoĩes iordinate atqꝫ p libito ⁊
ſine artẽ loq̃rent' eueniebat vt minꝰ bñ ꝯceptꝰ ſuos exp̃
mere: ſꝫ ⁊ minꝰ apte ĩtelligere valerẽt. quo fiebat vt tar
diꝰ ac difficiliꝰ ſcias tradere poſſẽt. q̃ de re curauerũt ſa
piẽtes has ĩcõmoditates tollere: tradiderũtqꝫ artificioſũ
loquẽdi modũ vniformẽ ac ꝯgruũ vt oẽs ꝯceptꝰ humani
demũ cũcte doctrine ꝑ eãdẽ artẽ liberiꝰ ſignificarẽtur ⁊
adiſcerent'. ¶ Nõndũ ꝙ Boe. vocat oẽs lr̃as elemẽta ⁊
nõ ĩcõgrue ſicut.n.ipſa elemẽta p̃ncipia ſũt oĩum elemen
toꝝ: ſic lr̃e p̃ncipia ſũt oĩum dictionũ ⁊ exĩde orõnũ. quo
fit vt ſicuti ex diuerſa ꝯmixtione elemẽtoꝝ diuerſe fiãt
elemẽtatoꝝ ſpẽs: ſic quoqꝫ ex diuerſa cõbinatõe lr̃aꝝ di
uerſa fit vocũ dictionũ ⁊ orõnum reputatio. Et has lr̃as
multiplici manerie fore noſcimꝰ q̃ſdã.n. hebreas: alias
caldeas: alias egyptias: alias grecas: alias latinas. hebre
arum lr̃aꝝ q̃s p̃mas dicũt iuẽtor erat moyſes: ⁊ ſunt nu
mero.zz. Syrioꝝ aũt ⁊ caldeoꝝ hebreis lr̃is numero ⁊
ſono ꝯcordãtes ſolis caracteribꝰ differẽtes lr̃as Abraam
iueniſſe credit'. Egyptiorũ vero lr̃as Jſis regina Jnachi
filia de grecia veniẽs ĩ egyptũ reperit ⁊ egyptijs tradidit
Litteraꝝ aũt grecaꝝ vſũ p̃mũ Fenices reperierunt. vñ
Lucanꝰ. Fenices p̃mi fame ſi credit' auſi. Mẽſurã rudi
bus vocẽqꝫ ſignare figuris. Sꝫ cadmus Agenoris filius
grecas lr̃as ex Fenice.15.attulit ĩ greciã.q̃bꝰ Jpomades
ĩ troiano bello tres adiecit Poſt quẽ ſimonides artificia
lis memorie iuẽtor tres alias addidit. Latinas vero lr̃as
vt refert Jſidorꝰ cui ĩ his maiorẽ auctas. Carmẽtis nym
pha p̃mo italicis tradidit veꝝ.17. Litteras ſolũ exhibuit
q̃ ſũt.a.b.c.d.e.f.g.i.l.m.n.o.p.r.ſ.t.v.poſtmodum aũt.h.
lr̃a ꝓ nota aſpiratõis addita ẽ.lr̃am etiã.q.i ꝓceſſu tp̃is la
tini inuenerũt loco cuiꝰ veteres.c.ſcribebãt.rurſus Salu
ſtius ludi magiſter p̃mo.k.adiuenit.loco cuius veteres.c.
ſcribebãt atqꝫ.q. Jnſuꝑ ex tp̃e auguſti.io.lr̃a adiũcta eſt.
⁊ poſtremo eiuſdem auguſti ĩ tp̃e latini a grecis duas lr̃as
mutuarũt.ſcꝫ.y.⁊.z. ꝓpter noĩa greca meliꝰ ſcribẽda q̃bꝰ
oĩbꝰ adiunctis latinũ ydioma.zz.lr̃is ĩtegrari manifeſtũ ẽ
¶ Secundum laborioſi. Jn hac pte oñdit q̃bꝰ debẽt ru
des ĩformari pꝰ p̃ma grãmatice elemẽta atqꝫ elemẽtoꝝ

necnon aliorum philoſophorum quos venerabilis commendat auctoritas. Animaduertendum eſt autem in huiuſmodi vt fideli reſolutōi ſubiaceat latia traditio: ⁊ adiſcētis idioma verboten⁹ explicatū ſit. fūdamēti enī tenacitatē in his oportet ꝯſiſtere. Nec menſtruoſo ſaltu phebes abeundum eſt nec ſolari curſu tantum confirmandum: ſed expleto mercurij interuallo eodēqꝫ fere duplicato diligenter immorandū. Diligentia enim cuiuſlibet operis obtuſitas permollitur. Senece traditio. inexpletio lucani. Virgilij prolixitas. ⁊ Stacij vrbanitas. dura flacci trāſlatio. du-

cōbinatōes. Et duo facit. naꝫ pmo facit qd dcm̄ eſt ſcdo circa hoc eruditionis hꝫ modū tpſqꝫ dcernit. ibi aīaduertendū. Et dicit ſcdꝫ edificiū bene qdē edificiū ſilitudine qdā dcm̄. nā ſicuti ſapiēs architector domū ꝯſtruēdā ex minimis fūdamētalibuſqꝫ partibus ordinate itegrat. ſic ⁊ magiſter ipſe erudiēdū ipꝫ ſingulis doctrinaꝝ particulis fundamētoqꝫ atqꝫ baſe integrare dꝫ. illud ergo ſcdū edificiū laborioſi certaminis. i. ſtudij huius ſtat. i. firmatī i traditōib⁹. ſ. ſcriptis phi. qꝫ p ⁊. didimi hoꝝ grāmaticoꝝ ⁊ alioꝝ. ſ. grāmaticoꝝ qs antiqtas venerabilr ꝯmēdat. Tē modū i hꝫ traditōib⁹ obſuādū oñdit. d. Certe aīaduertēdū. i. ꝯſiderādū ē. i hꝫ traditōib⁹ ſtatī memoratl vt latina traditio ſbiaceat. i. correſpōdeat fideli reſolutōi. i. expoſitōi ⁊ declaratōi: vt. ſ. ignota p ignotiora vel vnū p reliquo nō iterptētur. Et aduertēdū eſt vt ydioma. i. loquēdi pprietas adiſcētis ſit explicatū. i. declaratū verbotenus. i. de verbo ad verbū. n. p qꝛ. tenacitatē. i. firmitatē fundamēti. ſ. grāmatice: ⁊ per ꝯſeqnēs oīuꝫ aliaꝝ artiū oportet. i. oportunū eſt ꝯſiſtere i his. ſ. ſuperioribus traditiōibus. quaſi dicat cū hec ita ſint oportunum eſt vt hec fidelr ⁊ clare doceātur. ❡ Nōndū qꝫ noſtre grāmatice plures fuerūt pcipui ſcriptores ſicut Donatus cuius magiſter Didim⁹ fuiſſe dr̄ i lr̄a poſitus. Priſcianus. Varro. ⁊ Quītilianus ⁊ reliqui multipluriūi. īter quos pōt numerari Ennius q metra cōpoſuit pmus. cui ſucceſſerūt Anatheton. Sapho. Archilocus. Simonides. Caloſonicus. Aſclepius et multi alij quos lōgū enarrare foret. hoꝝ ſcripta ⁊ ſi non oīa tn̄ aliqua leuiora poſt pma elemēta vidēda ſunt.

❡ Nec menſtruoſo. Hic ſubdit quāto tēpore i hoc ſcdo adiſcēdi ordine imorādū ſit. ⁊ dicit nec eſt abeūdū. i. recedendū ſubaudi a ſtudio ⁊ certamine pdictaꝝ traditionum mēſtruoſo. i. defectuoſo ſaltu i. curſu lune q curſus menſe cōpler̄. Nec eſt imorandū tantū. i. ſolūmō curſu ſolari. i. anno. p annū enī motus ſolis pficir̄. ſed eſt imorandū diligēter expleto. i. ꝯpleto vel toto iteruallo i. motu mercurij illi⁹ planete ⁊ nō vnico ſed eodē. ſ. iteruallo duplicato fere. ſ. quaſi. ⁊ qꝛ mercuri⁹ annis duob⁹ curſuꝫ ſuū pficit qb⁹ duplatis qttuor efficiunr̄: liquet quaten⁹ ſuperiorib⁹ doctoꝝ traditōib⁹ qttuor annis diligēter ſit imorādū. Diligēter inqꝫ qꝛ obtuſitas. i. ebetudo cuiuſlibet opis peragēdi pmollir̄. i. facilitar̄ diligentia. ❡ Nocandū licet ſm phm octauo politicoꝝ vtile ⁊ ꝯmēdabile ſit pticipare aliqū liberales artes atqꝫ mathematicas quaꝝ vſus ordinar̄ ad exercitiū excellētiaꝝ doctrinaꝝ vſqꝫ ad certū terminū. tamen cōtinue ⁊ aſſidue exercere ſe i eis vſqꝫ ad quacūqꝫ pfectōem nōnunqꝫ nociuū ē: qꝛ cōtinua ꝯſideratio i illis retrahit aut ſimplr aut propter abvſu virtutis moralis. qre eſt ſtatut⁹ terminus quo ipſis ⁊ caꝝ cuilibet erit imorandū. ❡ Notādū ſicut iaꝫ pluries in philoſophicis atqꝫ mathematicis pbatuꝫ eſt corpa ipſa ſiderea tam plane taꝝ orbiū qꝫ octaui celi qd Ariſtoteles primū mobile arbitrat⁹ eſt. lumen atqꝫ claritatem a ſole recipere: ipſe enī eſt fons luminis vti corporis ſui teſtatur imenſitas qua terrā vti Ptholomeus docuit centies ſexageſies ſexies excedit. ſimiliter i eo virtus eſt vnitiſſima quod corporis ſui probat compactio. ſimiliter quoqꝫ in eo lux eſt diffuſior quod ſua in medio orbium oſtendit ſituatio. verūtamen in modo receptionis lucis huiuſmodi inter corpora eſt differentia. Nam alia quidem i profundo recipiunt vti ſunt corpora tranſparētia ⁊ diafonica ſicuti ſunt fere oīuꝫ ſtellarum corpora. Alia in ſuperficie tātum vti ſunt corpora opaca e quorum numero luna eſt. quocunqꝫ tamen modo ſint neceſſe ē vt radiorum lucis proiectioni ſint obiecta. ⁊ quātomagis ab huiuſmodi radiorum proiectione elongantur: tantomagis ab ipſa luce deficiunt quo fit vt lunam ſolum menſtruam. ideſt defectiuam inter corpora celeſtia exiſtimemus tam quo ad nos qꝫ quo ad rei veritatem. quo ad veritatem quidē cum terre diametralis interpoſitione radijs lucis illuminetur ipſam obnubilat quod i eclipſi manifeſtuꝫ eſt. quo ad nos autem cum noua nobis reuoluitur. tempus quoqꝫ reuolutionis huius veteres menſem nominauerunt a mene quod defectum ſonat. hinc mēſtruoſam lunam dicimus quaſi menſe quolibet defectiuam. Volens itaqꝫ Boetius certum terminum in grammatice rudimentis adiſcendis conſtituere dixit non fore abeunduꝫ a ſtudio hoc lunari reuolutione lune quam mēſtruoſam dixit ſcꝫ mēſe dſcīuā. nec ſolari curſu hoc ē. anno. ſol enī vti aſtrologicis conſiderationibus iam dudum demonſtratū eſt die qualibet. 59. minutis ⁊. 8. ſecundis i zodiaco fere graditur quibus per. 365. dies congregatis atqꝫ ad integros gradus reductis. 360. zodiachi gradus conſtituunr̄ ⁊ his 12. ſigna integrantur. quare manifeſtum eſt ſolem totum zodiacum. 365. diebus qui annum efficiunt indubie peragrare. neqꝫ etiam illo ſpacio ab hoc certamine abeunduꝫ Boetius ſtatuit ſed imorandū eſt quattuor annis quos per mercurij motum explicauit.

❡ Senece traditio. lucani iexpletio. In hac parte Boetius oſtendit quibus doctorum traditionibus poſt ſuperius memoratas doctrinas rudes ipſi ſunt imbuendi. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit qꝫ poſt ſupradicta in poetarum traditionibus in quibus maior pars grāmatice conſtituta eſt ipſi rudes erudiantur. In ſecunda quatenus in rethoricis inſtitutis que poetrie coniunctiſſima dinoſcuntur poſtea imbuentur. ibi. Ceterorum aūt Et dicit hinc. ideſt poſt ſupradicta. ſunt indaganda. ideſt perquirenda. hec ſcilicet Senece traditio. ideſt editio. lucani inexpletio. quoniam antequā librum ſuum perficeret morte preuentus eſt. Virgilij prolixitas ſcilicet i ſcribendo. ſtacij vrbanitas. ideſt curioſitas. ſemper enim rerum vrbanarū ſcriptor extitit. flacci ſcilicet horatij dura trāſlatio quia vitiorum reprehenſiua. Perſij flacci editio durior ſubaudi qꝫ horatij tam ſtilo qꝫ vitiorum reprehenſione. Martiani leſio. ideſt reprehenſio non idigna imo digna. Naſonis ſupple Ouidij diſcretio. hec omnia indaganda ſunt atqꝫ commendanda. ideſt imprimenda cellule memoriali. ideſt memoratiue. ❡ Notandum licet ars ipſa poetica inter ſcenicas computer̄: atqꝫ Plato poetas

rioꝛ Perſij editio. Martiani nō indigna leſio. Naſonis diſcretio ſunt indagāda memorialiqꝫ cellule commendanda. Ceterorumqꝫ philoſophoꝝ prout ingenij ſuppetit capacitas non ſub ſilentio eſt pretereunda moralitas vt ſic ſententioſa dictaminis vigeat ſerenitas ⁊ metroꝝ floreat iucunditas. O quantum tullij venerabilis facundia ſummis deſiderijs eſt collocanda. Cauendum autē ē in huiuſmodi ne contingat vt Iotario cōtingebat. ipſe enim triginta annis ignorantiam ſuaꝫ predictoꝝ philoſophoꝝ in gymnaſijs tradidit ibuendaꝫ. Cū vo dies vt preeſſet mediocribus aduenisset: cuius vxoꝛ eſſet Eneas dubitaſſe ſe diutius aſſerebat quē in emiſtigioꝛum Virgilij ſerenitate uenisset. Requiſituſqꝫ a quodā ſuoꝝ diſcipuloꝝ qualr primā huius dictionis ſillabam magiſter vertere verſu poſſet: reſpondit abſurdum eſſe tanti nominis primaꝫ ſyllabam abbreuiari ſed potius acuto accentu ꝓnunciari. Ecce quantū dure ceruicis obtuſitas ꝑdidit temporis ⁊ expenſe.

a ciuitate expelli iuberet eo ꝙ dicebat eos virtutum inimicos in quo ⁊ eum tullius libro ſecundo tuſculanarum queſtionum cōmendat: nihilominus vtilis eſt ſi fini debito inniratur atqꝫ vſu licito exerceatur. adiſcuntur nempe in ipſa verba valde vtilia. Auguſtino libro primo confeſſionum teſte ſententijs grauiſſimis referta ipſius etiā ſtudia iuuentutem agunt: ſenectutē oblectant. ſecundas res oꝛnāt aduerſis perfugium ac ſolatium ꝓbent delectant domi: non impediunt foris: pernoctant nobiſcum: peregrinantur: ruſticantur: nec mirum cum ⁊ democritus ita diderit bonos poetas diuino quodā ſpiritu inflāmari ex quo cecinit ouidius. Eſt deus in nobis: ſunt ⁊ commercia celi. Sedibus ethereis ſpiritus ille venit. Ipſa etiam poeſis rhetorice eloquētie maximum preſtat additamentū. quare ⁊ rhetorice coniunctiſſima eſt atqꝫ pene germana. Eſt. n. vt iquit cicero finitimus oratorum poeta: numeris aſtrictioꝛ paulo. verboꝛum autem licentia liberioꝛ. multis vero ornandi generibus ſocius ac pene par. Cum ergo oīa hec poetrias afferre Boetius ipſe agnoſceret hortatur vt maioꝛum veſtigia ſequentes rudes ipſi poetas ſummopere amplectentur ⁊ hos maxime quos in textu commemorat iter quos Mantuanus vates Virgilius tanto excelluit vt optimus poetarum dici mereretur.

¶ Ceterorum autem philoſophoꝛuꝫ. In hac parte Boetius oſtendit quomodo poſt grammaticam atqꝫ poeſim rudes in rhetorica ſint erudiendi. Et diuiditur ī duo. naꝫ primo facit quod dictum eſt. ſecūdo antonomaſice circa M. Tullij ciceronis facundiam verſandum ſtatuit. ibi. O quātum. ⁊ dicit. Etiam ceterorum philoſophoꝛum moralitas non eſt pretereunda ſuo ſilentio: immo eſt totis niſibus amplexanda: ⁊ hoc quantum capacitas. id eſt valentia ingenij ipſius erudiendi ſuppetit vt ſic ſerenitas: id eſt ſplendoꝛ dictaminis vigeat ſentētioſa: id eſt plena philoſophoꝛum ſententijs atqꝫ iocunditas metroruꝫ floreat. ⁊ inde ſubdit. O quantum facundia venerabilis Tullij eſt collocanda ſummis deſiderijs. quoniam ſicuti Ariſtoteles īter philoſophos. inter poetas Virgilius. ſic quoqꝫ ipſe marcus Cicero inter oratores excelluit. ¶ Notandum circa hoc quod dicit vt ſic dictaminis ſententioſa ⁊c̄: Cicero ipſe ⁊ reliqui qui rhetoricā docuere faſſi ſūt eloquentiam ſine ſapientia obeſſe plurimum ⁊ prodeſſe nunquā. ſapientiam vero ſine eloquentia plurimum profuiſſe. hoc iniquum arbitrantes eloquentiam non debere iudicari atqꝫ laudari verboꝛum ſolo ſplendoꝛe ſed ſecundum grauiſſimas ſententias a vera ſapientia ſapienter elicitas. Parum ergo ſubſtantie vel virtutis aut ſolide pulchritudinis orationi afferre videtur qui ſolū rhetorice ⁊ eloquentie vacat. veluti qui nuda ex aliena preciosaqꝫ materia verba ligat. qua de re Marcus cicero in eo libro quem de oratore ad quintum fratrem edidit ⁊ ipſe quintilianus cū de inſtitutione oratoria ageret rarꝫ aut nullū fatentur optimum eſſe ea etate oratorē cuius rei aſſerunt non inſulſam cām. nā oratorē in omni ſapiētie genere perſuaderē oportet vt ſic que alibi didicit cū ſplendore dicendi ꝓferat ⁊ bene quidē. quo enim pacto ī ſacris litteris pſuadebit qui eas nūquā legit aut qs ī naturalibus qui Ariſtotelem reliquoſqꝫ phōs nō viderit: certe nullo. Coniungēda eſt ergo ſapientia cum dictamine vt ſic quod ī aliena doctrina cōcipit̄ ſub decore rhetorico ꝓferatur.

¶ Cauendum autem eſt ⁊c̄. In hac parte Boetius cautelam circa omnia predicta ſubiungit innuens per eam ſuperioribus doctrinis ardue diligenter atqꝫ cum profectu inuigilandum. Et tria facit. primo ipſum inconueniens ꝓcauēdum oſtēdit. ſcd̄o ꝓdicta epilogat ꝯcludēdo. ibi. Ecce quantum ⁊c̄. Et dicit cauendum eſt autem in ſuperioribus traditionibus ⁊ circa eas adipiſcendas ne id contingat alicui quod contigit. id eſt euenit iotario ſic dicto. ipſe enim ſcilicet iotarius tradidit ignorantiam ſuaꝫ ībuendam. id eſt erudiendam gymnaſijs. id eſt ſtudijs predictorum philoſophoꝝ ſubaudi tā grāmaticorum quā poetarum ⁊ rhetorum. 30. annis. id eſt ſpacio. 30. annoruꝫ. Cū vero dies vt ꝑeſſet ſcolaribus mediocribus ſubaudi eos erudiendo aduenisset ſcilicet poſt expletum ſtudium. 30 annorum aſſerebat. id eſt affirmabat ſe dubitaſſe diutius cuius vxoꝛ eſſet eneas quem ſupple eneam inuenisset in ſerenitate carminis dico emiſtigioꝝ. id eſt verſuum imperfectorum Virgilij. Et rurſum idem iotarius requiſitus. id eſt interrogatus a quodam ſuorum diſcipulorum qualiter. id eſt qua menſura poſſet vertere verſu. id eſt in verſu primam ſylabam huius dictionis magiſter. Reſpondit ſubaudi iotarius abſurdum. id eſt inconueniens fore abbreuiari. id eſt corripi ſcilicet in metro primam ſylabā tāti noīs. ſꝫ ſupple arbitratus eſt eā ꝓnūciari acuto accētu. i. ꝓlatōe lōga. eſtimabat. n. ob honoris cauſā abſurdū nimiū ꝓmā ſillabā eius corripi. Tunc epilogādo ꝯcludit dicēs. Ecce quantum tēpus q̄z. 30. annos ⁊ quantum expēſe ꝑdidit obtuſitas. i. hebetudo dure ceruicis. ¶ Notādū quoniam oīs cognitio teſte tullio ī dyalogo ad hortēſiū multis eſt obſtructa difficultatibus. Eſt. n. ⁊ ī ipſis rebus obſcuritas ⁊ ī iudicijs noſtris īfirmitas. qua ex re Socrates ipſe nihil ſe ſcire dicebat. Inuigilādum eſt igit̄ ſtudio ſine deſidia quēadmodū veteres ipſi ſapiētes ſtuduerūt vt ſic quantū mēs imbecilla atqꝫ ceruicis excludit obtuſitas tantum iugis atqꝫ diligens vigilātia adducat. ſic Socratis memorati fuere ſtudia. quoniam vt Valerius li. 8. adiſcere quottidie nō deſiſtebat. De pictagora etiā fert̄ ꝙ doctrinis iugiter iſi-

Completo autem non indebite huiuſmodi gynnaſij rudimento ad maioris inquiſitionis ſcīētie limina procedendum eſt. Sciē/tie inquam quam veri falſiq; no/uimus indagatricē ſolamq; ſci/entiam ſcientiarum titulo ſubti/litatis obſtipantē ſubiecta. Hec eſt inquam ſcalaris domina que penetranti veſtium natura ad ſci/entiarum quarumlibet faſtigia pbet incrementa virtutū. Quid autem lucidius cognitione quin/que vniuerſalium que eſt triuia/lium ſcientiarum magiſtra. qua/driuialiſiq; potētia: collateraliū

ſtebat. vn̄ ⁊ eunodius ait. Artiū magiſter eſt iſtātia. No/uerca eruditōis eſt nēgligentia. Hinc Catho moralis mo/nuit. Inſtrue pceptis animum ne diſcere ceſſes. Nā ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago. Non ſic Iotarius cuius mores pcanēdos Boetius aſſerit. Hic nempe licet annis. 30. ſtudio icubuiſſet: nulla tamē ſcia cōualuit: cū ſe recipientē vt decuit tradē/ti concordia non ſociauit. ℂ Notandū virgilius poſt multa atq; di/uerſa ſua ope/ra tandē enei/dē aggreſſus eſt. Librū q/dē noībus ac rebus grecis ⁊ latinis cōmunē. reliqteq; i eo morte preuētus q̄dā iper/fecta. ⁊ ob ea igni ipſum cōcremari iuſſit. ſed iſtud haud factū eſt. Auguſtus vero iuſſit tuccā atq; varꝝ viros ea etate excellētes hac lege ipſum emendare vt ſupflua de/merēt: nil adderēt tamē. vnde ⁊ ſemiplenos inuenim⁹ ei⁹ verſiculos quos emiſtigia dicunt. De qua re ſulpitij car/thaginēſis extāt hꝫ verſus. Iuſſerat hec rapidis aboleri carmina flāmis Uirgilius phrigiū que cecinere ducem. Tucca vetat varruſq; ſimul. tu maxime ceſar Nō ſinis ⁊ latie cōſulis hiſtorie ⁊c. Et i his emiſtigijs iotarius ipſe ībecilla mēte eneā reperiēs ipſum vxorē fore cuiuſdam eſtimabat neſciēs phrigie ducem. Anchiſe patre venere matre pcreatū eneam. ℂ Nota ceruix ppie poſterior pars colli eſt: ⁊ quādoq; accipitur pro ſuperbia. quādoq; pro toto capite: ⁊ hoc modo hic capi poteſt cū dicit dure ceruicis. i. duri capitis ad recipiēdū alta doctrinaꝝ.

ℂ Cōpleto aūt nō idebite. Hec eſt ſecūda pars ſecunde partis pricipalis huius pmi capituli i qua poſtq; Boeti⁹ oſtēdit qbus pmo ab īfantia ībuēdi ſūt iuuenes: nūc de/clarat i qbus erudiendi ſunt ſecūdo: ſcꝫ i ipſis pmordiali/bus logice artis īſtitutis. Et diuidit hec pars i duas par/tes. In quaꝝ pma ſe poribus ꝯtinuans vt īformandos ⁊ erudiēdos attētos faciat logicā apte cōmēdat. In ſecun/da ordinē modūq; i logica proficiſcēdi demonſtrat. ibi. Ad huius. Prima i duas. nam pmo dicenda dictis ꝯtinu/at. ſecūdo logicā cōmendat. ibi. Scie iquam. Et dicit ꝙ cōpleto ⁊ pertrāſito non idebite ſubaudi ſicuti iotarius ipſe ſine fructu: ſed diligēter rudimēto. i. nona īſtructōe hui⁹ gynnaſij. i. ſtudij grāmatice ſcꝫ ⁊ poetrie atq; rheto/rice procedendū eſt ad limina. i. itroitus ſcie que maioris eſt iquiſitionis. i. īueſtigatōis. Tūc ad cōmendationem ipſius logice accedit. ibi. Scie iquam. Et diuiditur. nam pmo cōmendat ipſam quo ad ſe totam. ſecundo quo ad partem. ibi. Quid aūt cognitōe. Primo cōmendat ipſam totam vno modo. ſecūdo alio modo. ibi. Hec eſt inq;. Et dicit. poſt predicta accedēdū eſt ad limina ſcie maioris iquiſitōis. Scie inq; quā nouimus ſolā eſſe idagatricē veri ⁊ falſi. ⁊ hec eſt ipſa logica cum veꝝ ⁊ falſū non ida/gantur niſi argumētatōe mediāte. ſola aūt logica argue/re docet. quare ⁊ ipſā ſolā inuenimus ſciam ſcientiarum per anthonomaſiā rōne cōmunitatis eius atq; admini/ſtratiōis adminiculat nempe oibus ſcientijs ⁊ ea recō/nientator ipſā modū ſciendi vocat cū dicit. Impoſſibile enim eſt ſciaꝫ ſimul q̄rere atq; ſciendi modū. lꝫ hoc aliq ſolū de logica vtēte itelligāt. ſciaꝫ inq; ſciaꝝ obſtipātē. i. circueūtē titulo. i. honore ſubtilitatis ſubiecta. i. obiecta aliarum ſcientiarum. Poſt hec commēdat eam alio mo/do ⁊ dicit. hec ſcilicet logica. inq; ē domina ſcalaris. ideſt gradualis per ipſam enim ad culmina omnium aliaruꝫ ſcientiarum aſcenditur cum ipſa ad omnium methodo/rum principia viam habeat. ⁊ hoc eſt quod ſubdit que ſci/licet logica prebet penetrāti. ideſt rimanti faſtigia. ideſt ſummitates quarumlibet ſcientiarum incrementa. ideſt augmē/ta virtutum ſcilicet attin/gendi. et hoc natura veſtiū ideſt premiſ/ſaruꝫ ſcilicet maiore ⁊ mi/nore median/te. Et vocat ipſas premiſſas ſcilicet maiorem ⁊ minorem extremitates veſtes per ſimile. ſicuti eniꝫ veſtes ipſe cor/pus circundant atq; contegunt: ſic ⁊ premiſſe concluſio/nem ipſam includunt. Qua ex re dictum. eſt ꝙ ipſis pre/miſſis poſitis ⁊ conceſſis neceſſe eſt aliud ſcilicet conclu/ſionem euenire ex his que poſita ſunt ⁊ conceſſa. Tunc commendat ipſam quo ad partem. Et dicit. ſed quid eſt lucidius cognitōe vniuerſalium. ideſt ea parte logice que de vniuerſalibus eſt que ſcilicet cognitio eſt magiſtra. i. magiſtratum tenens triuialium artium. ideſt iter triuia/les artes que ſunt grammatica logica rhetorica. q; pro et eſt potentia. ideſt vis quadriuialium artium ſcilicet ariſ/metrice geometrie aſtrologie ⁊ muſice. ipſe nāq; ſteriles mute atq; impotētes ſunt ſine logica. q; pro ⁊. ipſa eſt ple/nitudo artium collateralium ſcilicet omnium aliarum. ℂ Notandum logica inter artes liberales ſecunda po/nitur q̄uis Boetius ipſam poſt rhetoricam moneat adi/ſcendam. Et rationalis dicitur. ipſa enim diffinire docet atq; diuidere verumq; a falſo diſcernere. neceſſaria cer/te ⁊ vtilis ars. quia ſecundum hugo. in didaſcolicon per eam ſubtilibus obiectionibus latens veritas reperitur. Hanc ſapientiſſimus Salomon i prouerbijs adiſcendaꝫ admonet dum nos hortatur vt intelligamus ſermones prudentie verſutiaſq; verborum necnon parabolas ⁊ ob/ſcurum ſermonem. ⁊ dicta ſapientum ſimul ⁊ enigmata. que omnia vti hieronymus ad magnum oratorē ait. dya/lectica ſunt. Auguſtinus etiam inter ceteras artes logicaꝫ commendat quia exercitatiora potioraq; reddit ingenia Hec nempe diſciplina eſt vt dicit Iſidorus libro. 2. que ad diſſerendas rerum cauſas eſt adinuenta. quapropter ſcientia ſcientiarum eſt ſine qua nulla aliarum ſcientia/rum perfecte haberi poteſt. ℂ Notandum ꝙ vniuerſa/le eſt quid vnum verſum in multis: ⁊ hoc duplici quideꝫ ratione. phyſica ſcilicet atq; logica. phyſica nempe ratio/ne eſt ipſa communis natura apta nata in multis reperi/bilis ⁊ ab eiſdem participabilis equaliter vt humanitas ſecundum quam dictum eſt ꝙ participatione ſpeciei plu/res homines ſunt vnus homo ex natura rei. ⁊ ibidem. Ge/nus quidem potentia multas in ſe habet ſpecies: actu ve/ro nullas. Logica vero ratione eſt ipſa vniuerſalitatis in/tentio prout intellectu conficitur vt genus ſpecies ⁊c. et ſecundū hāc dictū eſt. Intellectus eſt qui facit vniuerſa/litatem in rebus. Et ſunt harum intentionum vniuerſa/lium quinq; maneries. vna quidem genus. ſpecies alia. tertia differentia. quarta proprium. accidens quīta. qua/rū certe cognitōe nihil vtilius exiſtit. quapropter ⁊ eadē

 

